STUDIA LEOPOLITANA.

EDITOR
STANISLAUS WITKOWSKI.


I.

DE LINGUA COMMUNI, IN TITULOS IONICOS IRREPENTE.

SCRIPSIT
IACOBUS HANDEL.

SUMPTIBUS SOCIETATIS PHILOLOGAE.

LEOPOLI 1913.
GUBRYNOWICZ ET FILIUS.



IN MEMORIAM

Charles Ewing Green

Obiit December 23rd 1897.

STUDIA LEOPOLITANA.

EDITOR

STANISLAUS WITKOWSKI.

I.

DE LINGUA COMMUNI, IN TITULOS IONICOS IRREPENTE.

SCRIPSIT

IACOBUS HANDEL.

SUMPTIBUS SOCIETATIS PHILOLOGAE.

LEOPOLI 1913.

GUBRYNOWICZ ET FILIUS.

SUMPTIBUS SOCIETATIS PHILOLOGAE.

TYPIS INSTITUTI OSSOLIŃSKIANI, LEOPOLI.

Praemonenda [1]).

Eodem fere tempore, quo Macedonum principatu universum illud exstitit imperium, singularum dialectorum Graecarum proprietates coeptae sunt oblitterari, ipsae autem dialecti Atthidis principatu in unam coalescere coeperunt linguam, quae hanc ob rem dicitur communis. Usurpamus nos hanc vocem ad significandum sermonem, qui inde a quarto fere a. Chr. saeculo usque ad sextum saeculum post Chr. h. e. ad linguae Graecae recentioris aetatem ineuntem in oribus Graecorum vigebat [2]). *Κοινή* hac significatione dicitur cum elegans sermo Polybii, tum cotidianus, vulgaris sermo, cuius testimonia in titulis praecipue et papyris servata habemus. Utriusque enim proprietas in unitate quadam et communione posita est, haec autem varietatibus sonorum et formarum, quibus singulae dialecti differunt, optimo iure opponi potest [3]).

Quam linguam vulgarem neque subito dialectos vernaculas de medio sustulisse neque eodem tempore uniuscuiusque earum vices gerere coepisse iam coniectura probabile est, certa autem observatione affirmatur ac corroboratur. Namque inscriptiones certissimum nobis praebent testimonium per saecula tota formas dialecticas et vulgares inter se de principatu certasse atque in titulis et tertii et secundi et primi a. Chr. saeculi, quin etiam in inscriptionibus aevi imperatorum Romanorum occurrere nonnulla, quae solius Ionicae aut Doricae aut Aeolicae propria fuerint

---

1) Fundamentum huius libelli fuit disputatio, quam scripseram in seminario magistri Stanislai Witkowski adhibita collectione inscriptionum Ionicarum Bechtelii SGDI III, 2 (1905). Postea dissertationem supplevi atque amplificavi assumptis titulis, qui inde ab a. 1905 in vulgus sunt emissi.

2) cf. Witkowski, Eos XI p. 144, ubi aliorum quoque vv. dd. sententias et cum nostra consentientes et ab ea diversas allatas reperies.

3) cf. Glaser in libello infra laudato p. 3.

γλώσσης neque in linguam communem sint recepta. Hic quaeritur, quando singulae dialecti κοινῆς auctoritate affici coeptae sint, quam diu communis illius sermonis tactui restiterint, quoad prorsus absumptae interierint. Quaestio haec licet cum ad κοινήν ipsam aestimandam, tum ad Graecae linguae historiam persequendam summi sit momenti, adhuc nequaquam ad liquidum est perducta, quin potius usque ad hodiernum diem in incunabulis iacet. Omissis enim, quae obiter de hac re perstricta sunt aut levi bracchio attacta[1]), tres adhuc prodierunt commentationes, in quibus quaestio nostra peculiariter illustrata est. Atque Leitzsch, qui primus viam, quam secuturi sumus, ingressus Aeolicas examinavit dialectos in dissertatione sua inaugurali: Quatenus quandoque in dialectos Aeolicas quae dicuntur vulgaris lingua irrepserit. Particula I. Regiomonti 1895. Altera est commentatio Kieckersii, Das Eindringen der κοινή in Kreta, IF XXVII (1910), p. 72—118, qui de communi lingua in Creticam dialectum irruenti fusius tractavit; tertia nuper in lucem prolata est disputatio: M. Buttenwieser, Zur Geschichte des böotischen Dialekts. IF XXVIII (1911), p. 1—106. Praeterea silentio non est praetereundus Thumb, qui in Rhodios titulos inquisivit, sed ea tantum, quae investigando enucleavit, protulit, quomodo ea sit assecutus cum legentibus non communicans[2]).

Quae cum ita sint, operae est pretium hac in disputatione, quantum titulorum testimonia id permittunt, perquirere atque perscrutari, quatenus quandoque sermo vulgaris in dies magis victor in inscriptionum Ionicarum dialectum invaserit eamque paulatim plane oppresserit. Quae dialectus non solum post Atticam uberrimam nobis praebet ad investigandum materiam, sed hanc quoque ob causam magni est ponderis, quod primam eam dialectorum Graecarum κοινῇ gliscenti cessisse pernotum habemus ac probatum[3]). Quando autem haec mutatio facta sit, licet in universum viri docti consentiant, tamen quaedam inter eorum opiniones intercedunt discrepantiae. Atque Glaser[4]) titulorum sermone nixus inde a quarto a. Chr. saeculo Iadis proprietatem magis magisque evanuisse putat, Thumb[5]) opinionem protulit tertio demum saeculo formas Ionicas a vulgaribus submoveri coeptas esse, Bechtel in novissimae suae titulo-

---

[1]) ut ab H. Barth, De Coorum titulorum dialecto, Basileae 1896.
[2]) Hellenismus 38 sq.
[3]) cf. Thumb, Dialekte 344.
[4]) p. 21.
[5]) Hellenismus 40.

rum Ionicorum collectionis praefatione[1]) iam inde a quinto ad finem vergenti saeculo κοινήν inscriptionibus Ionicis vestigia impressisse censet eique nunc assentiuntur Thumb[2]) et Buck[3]). Etiam huic, quam dico, quaestioni fortasse nostra e commentatione lucis aliquantum affulgebit.

In ipsa re adumbranda et disponenda grammaticae schema, — ut in huiusce generis disputationibus mos est, — observabo. Praemisso igitur in primo dissertationis capite conspectu titulorum, in quos inquisivi, agam in altero de sonorum affectionibus, in tertio de nominum verborumque formis, denique in disputationis calce e materie collecta eruere conabor, quaenam singulis saeculis[4]) intercesserit ratio inter titulos mera Iade conscriptos, titulos κοινῇ affectos, titulos puram κοινήν exhibentes; unde responsum ad quaestionem propositam elicietur: quatenus quandoque titulorum Ionicorum dialectus κοινῆς auctoritati obnoxia sit facta, quomodo sermo communis in Ionicae terrae inscriptionibus incrementa ceperit.

Quo in ordine servando proficiscendum mihi videtur a sonis formisque Ionicis ita, ut in singulis paragraphis demonstrare coner, quantum affectiones sonorum vel formarum linguae communis ab Ionicis, quibus respondent, abhorreant. Id mihi cum proposuerim, non omnia videlicet, quae grammaticae Ionicae vel κοινῆς propria sunt aut memoratu digna, attingam, sed ea tantummodo, quibus Ias et κοινή inter se discrepant. Omittam igitur omnia, quae utriusque sermonis communia sunt ac peculiaria quaeque tam multa insigniaque videntur, ut vir doctissimus et sagacissimus, qualis est Wilamowitz, iis pellectus non dubitarit affirmare Ionicam dialectum vulgarem et κοινήν unam esse linguam eandemque[5]).

Restat, ut de via, quam in re tractanda secutus sum, paucis iam praemissis addam nonnulla. Duplex enim esse potest: aut seorsum uniuscuiusque urbis Ionicae proprietates explanandae sunt aut uniuscuiusque saeculi in universum, i. e. aut temporis ratio est habenda aut loci. Equidem neutram rationem neglegendam esse ratus, mediam, ut ita dicam, viam sum ingressus. Ei enim, qui in Ionicam dialectum inquirendum sibi proponit, memoria est tenendum Iadem non simplicem esse dialectum, sicuti Atthidem, sed singularum regionum Ionicarum linguam

---

1) SGDI III, 2 p. IV.

2) Prinzipienfragen 261 sq., Dialekte 345.

3) Introduction 155.

4) inde a V a. Chr. s., cum in antiquioribus titulis de communi lingua vix liceat cogitare.

5) Verhandlungen der 32. Philol. Versamml. in Wiesbaden (1877) p. 40; cf. Witkowski, Bericht I, 172 et Eos XI p. 145.

peculiaritates quasdam prae se ferre ac discrimina. Quod iam ab antiquis est observatum, ut Herodoti illum afferam locum, qui summae est auctoritatis (I, 142): γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι (οἱ Ἴωνες) νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγωγέων κτλ.[1]). Nostrae aetatis viri docti consentientes tres Ionicae dialecti distinxerunt regiones, quarum cuiusque sermo notam inustam habet propriam: Euboeam, Cyclades, Asiam[2]).

Ad meum propositum ea praecipue non levis sunt momenti, quibus Euboica dialectus a reliqua Iade differt. Sunt autem virorum doctorum opinione hae peculiaritates Euboicae dialecti propriae[3]): ρρ pro ρσ, ξένος pro Ionico ξεῖνος, ττ pro Ionico σσ. [Videmus igitur Euboeam iis a reliqua Iade differe, quae ei cum Atthide sunt communia. Quod nobis vix mirum potest videri id respicientibus Euboeam insulam Atticae finitimam esse eamque ob vicinitatem sermonis commercium inter has terras iam ab antiquissimis temporibus fuisse artissimum].

Quae cum ita sint, et in eis, quas enumeravi, proprietatibus tractandis et in totius commentationis materia explicanda discriminibus illis animum attendam seorsumque perscrutabor: *a)* titulos Euboicos, *b)* Cycladum insularum inscriptiones, *c)* titulos Asiaticos. — Iam singulis sic secundum regiones dispositis in unaquaque regione tractanda saeculorum ordinem servavi.

Libri, qui mihi imprimis usui erant[4]).

a) Inscriptionum collectiones:

Collitz u. Bechtel, Sammlung der griechischen Dialekt-Inschriften, III. Band, II. Hälfte: Die jonischen Inschriften. Bearb. von Bechtel, Göttingen 1905. (SGDI).

Bechtelius hoc in opere non solum inscriptiones iam antea ab ipso collectas[5]) iterum recognitas edidit, sed etiam novas post illas editas, quae adhuc per ephemerides et libellos peculiares dissipatae

---

[1]) Thumb, Dial. p. 342.

[2]) cf. Thumb ibid., Hoffmann III p. 214, Bechtel SGDI III, 2 p. V, Buck p. 8.

[3]) cf. Thumb, Dial. 343, Solmsen, Untersuchungen zur griech. Laut- u. Verslehre p. 308.

[4]) Notas librorum, quos brevitati studens in textu compendiose citare solitus sum, uncis inclusas adscribendas curavi.

[5]) *a)* Die thasischen Inschriften jonischen Dialektes im Louvre, Abh. d. Kgl. Ges. d. Wiss. Göttingen 1885; *b)* die Inschr. des jon. Dial., Abh. d. Kgl. G. d. W. Götting. 1887.

erant, congessit easque uberrimo commentario grammatico instruxit. Hoc libro quasi fundamento nitar eiusque titulorum numeros laudabo. Cum tamen post Bechtelii volumen editum per hoc lustrum inscriptionum Ionicarum numerus mirum in modum creverit, cum plures in dies tituli virorum doctorum industria in lucem prolati novam ad investigandum praebeant materiam, hae mihi collectiones novissimae post illam laudatam publici iuris factae consulendae erant[1]):

Inscriptiones Graecae consilio et auctoritate Academiae litterarum regiae Borussicae editae Volumen XII. Inscriptiones insularum maris Aegaei praeter Delum. Fasciculus V, Inscr. Cycladum ed. Fridericus Hiller de Gaertringen, pars altera, Berol. 1909. — Fasciculus VII, Inscr. Amorgi et insularum vicinarum ed. Iulius Delamarre, indices composuit F. Hiller de Gaertringen, Berol. 1908. — Fasciculus VIII, Inscr. insularum maris Thracici ed. Carolus Fredrich, Berol. 1909. (IG XII, 5, 7, 8).

F. Hiller v. Gaertringen, Inschriften von Priene. Berlin 1906. (I. v. Pr.).

Zolotas Georgios, *Χιακῶν καὶ Ἐρυθραϊκῶν ἐπιγραφῶν συναγωγή*, *Ἀθηνᾶ* XX (1908) p. 113—354. (Zolotas, Zolot., Zol.).

Knackfuß Hubert, Das Rathaus von Milet, Berl. 1909. (Knackf(uß).

Ziebarth Erich, Aus dem griechischen Schulwesen, Eudemos von Milet und Verwandtes, Leipzig-Berlin 1909. (Zieb(arth)).

[Hoc in libro titulus Milesius c. a. 210 a. Chr. exaratus et a. 1904 repertus ab editore sagacissime explicatus est].

v. Wilamowitz-Moellendorff Ulrich, Nordjonische Steine, Abh. d. berl. Ak. d. Wiss. Phil.-hist. Classe 1909. (Wilamowitz, Wilam.).

b) Universae Iadis grammaticae:

Smyth Herbert Weir, The sounds and inflections of the Greek dialects. Ionic, Oxford 1894. (Smyth).

Hoffmann Otto, Die griechischen Dialekte in ihrem historischen Zusammenhange mit den wichtigsten ihrer Quellen dargestellt, III. Band. Der jonische Dialekt. Quellen u. Lautlehre, Göttingen 1908. (Hoffmann).

Thumb Albert, Handbuch der griechischen Dialekte, Heidelberg 1909. (Dialekte, Dial.).

---

[1]) Collectiones, quae iam Bechtelio innotuerant ab eoque quadam saltem ex parte sunt excerptae ut Latyschew IPE; Kern, (Die) I(nschriften) v. Magn(esia a. M.), (Berol. 1900), quamvis saepius evolutas non adhibui ideoque in titulis illis afferendis in universum voluminis SGDI numeros laudabo.

Buck Carl Darling, Introduction to the study of the Greek dialects. Grammar. Selected inscriptions. Glossary, Boston 1910. (Buck).

c) Titulorum Ionicorum dialecti grammaticae:

Erman G., De titulorum Ionicorum dialecto, in G. Curtii »Studien zur griech. u. lat. Grammatik«, vol. V, p. 250—310. Lipsiae 1872. (Erman).

Karsten G., De titulorum Ionicorum dialecto commentatio, Halis Saxonum 1882. (Karsten).

Fuochi M., De titulorum Ionicorum dialecto, in ephem. Studi italiani di filologia classica vol. II, p. 210—296, Firenze-Roma 1894. (Fuochi)[1].

d) De origine κοινῆς eiusque natura:

Hatzidakis G. N., Einleitung in die neugriechische Grammatik, Leipz. 1892. (H. Einleitung).

Dieterich Karl, Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Sprache von der hellenistischen Zeit bis zum 10. Jhr. n. Chr., Leipzig 1908. (D. Untersuchungen).

Thumb Albert, Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus. Beiträge zur Geschichte und Beurteilung der κοινή, Strassburg 1901. (Thumb, Hell(enismus).

Idem, Prinzipienfragen der Koine-Forschung, Neue Jahrbücher f. d. klass. Altertum XVII (1906) p. 246—263.

Kretschmer Paul, Die Entstehung der Koine. S.-B. d. Wien. Ak. Phil.-hist. Cl., Bd. 143 X (1900). (Kretschmer, Entstehung).

Witkowski Stanislaus, Bericht über die Literatur zur Koine aus den Jahren 1898—1902, Bursians Jahresber. 1904. (Witkowski, Bericht I).

Idem, Istota i powstanie koine, Eos XI, 143—153. (W. Eos).

Idem, Bericht über die Literatur zur Koine aus den Jahren 1903—1906, Bursians Jahresber. 1912. (W. Bericht II).

Cuius praeterea magistri mei scholis[2]: »Historya języka greckiego po Aleksandrze Wielkim« multa debeo.

e) Peculiares libri et commentationes sive ad Iadem sive ad κοινήν spectantes:

---

[1]) Huc adicio: Fritsch Adolf, Zum Vokalismus des Herodotischen Dialektes, Progr. Hamburg 1888. (Fritsch, Vokalismus).

[2]) per semestre aestivum anni schol. 1907/8 in Universitate Leopolitana habitis.

Glaser Otto, De ratione, quae intercedit inter sermonem Polybii et eum, qui in titulis saeculi III, II, I apparet. Diss. Gissae **1894**. (Glaser).

Leitzsch Iulius, Quatenus quandoque in dialectos Aeolicas quae dicuntur vulgaris lingua irrepserit. Particula prior. Diss. Regiomonti **1895**.

Schweizer Eduard, Grammatik der pergamenischen Inschriften. Beiträge zur Laut- u. Formenlehre der gemeingriechischen Sprache, Berlin **1898**. (Schweizer).

Mayser Edwin, Grammatik der griech. Papyri aus der Ptolemäerzeit, Leipzig **1906**. (Mayser).

Meisterhans K., Grammatik der attischen Inschriften. III. Aufl. v. Ed. Schwyzer, Berlin **1900**. (Meisterhans[3]).

Nachmanson E., Laute und Formen der magnetischen Inschriften, Uspala **1903**. (Nachmanson).

Dienstbach Aemilius, De titulorum Prienensium sonis. Diss. Marpurgi Cattorum **1910**. (Dienstbach).

Kieckers E., Das Eindringen der *κοινή* in Kreta, IF XXVII (**1910**) p. **72—118**.

Buttenwieser M., Zur Geschichte des böotischen Dialekts, IF XXVIII (**1911**) p. **1—106** (Buttenwieser)[1]).

CAPUT I.

Conspectus titulorum Ionicorum inde a V a. Chr. saeculo[2]).

§ 1. Euboeae eiusque coloniarum inscriptiones.

Saec. V[3]).

a | Neap(ol.) **5274** 1)[4]) nummus (ex.)[5]). Eretr(ia) **5320**. **5308** a (ex.). Styr(a) **5345** (laminae plumbeae, quarum Ermano **279** innotuerunt, Karsteno **432**, Bechtelio SGDI circa **500**).

---

1) Libros, qui passim mihi erant inspiciendi aut quibus non ipso e fonte usus sum, suo loco in adnotationibus afferendos curavi.

2) secundum aetatem qua sunt exarati, regiones in quibus reperti, dialecti quam exhibent affectionem: *a* significat titulos pura Iade conscriptos, *b* titulos *κοινῇ* iam affectos, *c* inscriptiones communi lingua perscriptas

3) ubi nihil additum est, saecula ante Chr. n. dicuntur.

4) ubi nil nisi numeri afferuntur, Bechtelii novissima collectio SGDI intellegenda est.

5) ex. = saeculo exeunte, in. = saeculo ineunte, med. = s. medio, pr. = priore saeculi parte, post = parte posteriore, c. = circa (annum).

b	Olynth(us) 5287 (ex.).
c	—

Saec. V/IV[1]).

a	Eretr. 5307.
b	Orop(us) 5339 (a. 411—402 vel potius 386—377).
c	—

Saec. IV.

a	Neap. 5274 [2] [3] nummi. Amphip(olis) 5282 (a. 357/6). Olynth. 5288 (a. 392—379). Eretr. 5314 (pr.). 5308 (med.). 5330. Orop. 5340 (pr.).
b	Olynth. 5285 (a. 389—383). Eretr. 5308 (in.). 5309 (in.). 5310. 5311 (c. 309/8). 5312—5313 (a. 308—4). 5315 (post.). Orop. 5338.
c	—

Saec. III.

a	Eretr. 5335 (»*Τιμηρίη*«).
b	Eretr. 5316.
c	Hist(iaea-Oreus) 5341.

Saec. II.

ab	—
c	Eretr. 5317 (post.).

Saec. I.

ab	—
c	Hist. 5342 (a. 75).

Incertae aetatis sunt:

a	—
b	Neap. 5271. 5272. Eretr. 5318[2]).

§ 2. *Cycladum earumque coloniarum inscriptiones.*

Saec. V.

a	Par(us) 5433. 5447. IG XII, 5 n.[3]) 109 (c. 411). Thas(us) 5462 (a. 411). 5469. IG XII, 8 n. 358 (= 5455, a. 490—480). 402 (a. 412/11).
b	Amorg(us) 5370. Ce(us) 5398. 5400. Thas. 5461 (a. 412/11).
c	—

[1]) i. e. V saeculo ad finem vergenti aut IV ineunti assignandi sunt tituli.

[2]) Tituli brevissimi sive votivi sive sepulcrales nil fere nisi nomina propria continentes similia hoc in conspectu in universum sunt praetermissi.

[3]) n. = numerus.

Saec. V/IV.

a —

b Thas. **5463** (c. **400**). IG XII, 8 n. 434. Ce. IG XII, **5** n. $\mathbf{568}_{10}$.

Saec. IV.

a Ius 5392 (pr.). Ce. **5413**. Par. **5435** (pr.). **5438** (nil nisi nomina propria continet). Neap. 5488. Thas. **5472**. **5474**. **5475**. IG XII, 8 n. 407. 411. 412. 413. Amorg. 5377. 5379.

b Amorg. IG XII, **7** n. 420. Ce. 5399. **5407**. 5411. Nax(us) **5425**. Par. **5449** (= IG XII, **5** n. **401**). Thas. 5473. 5478. 5479. **5480**. 5483.

c Amorg. IG XII, 7 n. **3** (=5361). **5** (c. 357). 6. 62 (=5371). 68. 76. Ius 5393. IG XII, **5** n. 1001. 1002. **1004**. Ce. 5403. 5408. Andr(us) IG XII, **5** n. 716. Imbr(us) IG XII, **8** n. 46. Scyr(us) IG XII, 8 n. 668. Nax. IG XII, 5 n. **48**. Par. IG XII, 5 n. 214.

Saec. IV/III.

a Par. **5439**. Thas. **5484**. Amorg. IG XII, **7** n. 85.

b Ce. **5405**. IG XII, **5** n. 528. Ius IG XII, **5** n. 1003.

c Ten(us) IG XII, **5** n. 873. Amorg. IG XII, 7 n. 4. 7—11. 55. 67. 69. Ce. IG XII, 5 n. **544**. Andr. IG XII **5** n. 714. Sicin(us) IG XII, **5** n. 24.

Saec. III.

a Thas. 5470. 5471. **5477**. IG XII, **8** n. 271. 272.

b Amorg. 5376. IG XII, **7** n. 15—16 (cf. 5363). 24. 66. 77. 82. **84**. 387. Ce. IG XII, **5** n. **571**. Ius IG XII, 5 n. 1010. 1011. Thas. 5464. 5465. 5478. **5479**. **5482**. IG XII, **8** n. 293.

c Amorg. 5365. 5372. IG XII, 7 n. 17. 19. 22. 25. 26. **27**. 51. 57. 58. 159. 221 (cf. 5362). 223—225. **241**. 335. 386 (=**5364**). 506. 509. Ius IG XII, **5** n. 1005. Ten. IG XII, 5 n. 798. 800—805. 812. 816. 820. 872 (cf. 5492). 875. Thas. IG XII, **8** n. 289. Andr. 5385. Del(us) 5388 (pr.). 5389 (pr.). Ce. **5404**. IG XII, 5 n. 532. **534**. 538. 572. Par. **5440**. **5445**. IG XII, 5 n. 185. 186. Samothr(ace) IG XII **8** n. 156.

Saec. III/II.

a —

b Amorg. IG XII, 7 n. 227.

c Mycon(us) **5416**. Ten. IG XII, 5 n. 822. 927. Amorg. **5366**. IG XII, 7 n. **30**. 67. 83. 222. 226. **439**. Ce. IG XII, 5 n. **595**.

Saec. II.

a —

b Amorg. 5368 (post.).

c | Del. 5391. Ce. 5403. IG XII, 5 n. 599. Par. 5437. 5451. IG XII, 5 n. 128. 129. Ten. 5492. IG XII, 5 n. 813. 817—821. 823—826. 829. 830. 832. 836. 837. 840. 841. 863—866. 870. 894 (dor.). 911 (dor.). 971. 972. Ius IG XII, 5 n. 1012. Amorg. IG XII, 7 n. 31. 32 (cf. 5367). 33—35. 41. 42. 228. 231. 250. 388. 389 (cf. 5368). 430. 433. 449. 515. Thas. IG XII, 8 n. 295. 298. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 325. Imbr. IG XII, 8 n. 51.

Saec. II/I.

ab | —

c | Ten. IG XII, 5 n, 869. 943. 946. 951. Amorg. IG XII, 7 n. 229. 235. 237. Thas. IG XII, 8 n. 441.

Saec. I.

a | —

b | Thas. IG XII, 8 n. 309.

c | Amorg. IG XII, 7 n. 173. 261. 392. 421. 422. 424. Par. 5441. 5446. Ten. IG XII, 5 n. 860. 871. 880—885. 902. 920. Syr(os) IG XII, 5 n. 685.

Incertae aetatis sunt:

ab | —

c | Amorg. 5372. 5384. IG XII, 7 n. 240. 248. 394. 401. 517. Mycon. 5417. Ten. IG XII, 5 n. 838. 878. 880. 886. 891. 906. 913 (dor.). 918. 919. 921. 922. 924. Par. 5450. 5452. IG XII, 5 n. 135. 225. 256. 1020. 1029. Thas. 5466. 5468. 5480. 5481. IG XII, 8 n. 266. 269. 294. 388. 389. 442. Andr. IG XII, 5 n. 717. 719. Nax. IG XII, 5 n. 56. 86.

§ 3. *Tituli Asiatici.*

a) Duodecim Ioniae urbium inscriptiones.

Saec. V.

a | Te(us) 5632 (c. 475). Panticap(aeum) 5571. Chi(us) 5665 (med.). 5674. Erythr(ae) Wilam. n. 1.

b | Mil(etus) 5495 (c. 494). Chi. 5653. Zolot. n. 21.

c | —

Saec. V/IV.

a | Chi. 5683 (nummus).

b | Chi. 5685. Zol. n. 16. 19.

c | —

Saec. IV.

a Prien(e) I. v. Pr. 156 (=5583). 288 (=5586). Theod(osia) 5580. Mil. 5510 (med.). Coloph(on) 5615. Zel(ia) 5532. Te. 5635. Sinop(e) 5535. Phanag(oria) 5645. 5651. 5652. Chi. 5653. 5655 (a. 332). 5658. 5663. 5664. 5672. Erythr. 5688. 5690. Ephes(us) 5601 – 5603. Cyzic(us) 5523 (pr.). Panticap. 5557—5561.

b Prien. I. v. Pr. 2. (a. 334). 3 (c. 334). 139 (=5588, c. 335). 361—363 (pr.). Mil. 5493 (in.). 5496. 5497 (ex.). Knackfuß n. 9. Zel. 5533. Panticap. 5562. Olb(ia) 5552. Clazom(enae) 5610. Phanag. 5646—5650. Chi. 5661 (med.). Zolot. n. 1. 2 (post.). Erythr. 5686. 5687 (c. 357). 5689. Wilam. n. 6. 7. 8. 10. 11. Sam(us) 5698. 5701. 5702. Ephes. 5589 (ex.). Te. 5634. Cyzic. 5524.

c Ias(us) 5515 (med.). 5516 (ex.). Lerus 5520. Olb. 5547 (pr.). Prien. I. v. Pr. 1 (a. 334). 4 (2 decreta a. 332 et c. 327). 5 (c. 326). 6 (c. 330). 7 (c. 330). 8 (c. 328). 9. 10. 160. 196 (=5585).

Saec. III.

a —

b Ephes. 5597 (c. 280). Sinop. 5534. I. v. Pr. 172 (s. IV/III).

c Mil. 5494 (c. 293). 5498. 5511. Knackf. n. 10 (a. 287—281). Zieb. (c. 210). Olb. 5546. 5548. Ephes. 5591. 5592. Smyrna 5616 (in.). Massil(ia) 5629. Te. 5642. Erythr. 5692 (c. 278). Wilam. n. 9. 13 (c. 200). Prien. I. v. Pr. 11 (c. 297). 12 (c. 300). 13. 14 (c. 286). 15 (=5581, c. 286). 16 (pr.). 17 (c. 278). 18 (a. 270—262). 19 (post.). 20. 21 (a. 270—262). 22 (a. 270—262). 23. 24. 26. 31—33. 49. 57. 59 (c. 200). 61 (ante 200). 63 (c. 200). 81 (c. 200). 82 (c. 200). 173 (=5584). 195 (c. 200). 199. 201 (cf. 5582). 202. 205. 206. 249. 364.

Saec. II.

a —

b Chi. Zol. n. 3. Mil. Knackf. n. 12.

c Olb. 5550. Ephes. 5599 (a. 133—130). Erythr. Wil. 12. Prien. I. v. Pr. 27 (p. 200). 28 (p. 200). 37—44. 46 (c. 100). 47 (c. 200). 49—54. 55 (c. 128). 60. 64 (c. 190). 65 (c. 190). 67. 68 – 70 (c. 100). 71. 83. 84. 90. 99 (c. 100). 100 (c. 100). 103 (c. 100). 107 (c. 130?). 108 (c. 129). 109 (c. 120). 134 (post.). 136. 162. 174. 177. 236. 255 (ex.). 256. 268. Sam. 5704.

Saec. I.

ab —

c Mil. 5500. 5502 (pr.). Knackf. n. 3 (c. 50). Istrus 5542. Tom(i) 5545. Olb. 5556 3) 4). Chi. Wilam. 14 (c. 100). Prien. I. v. Pr. 104. 105

(c. 9). 110 (in.). 111 (in.). 112 (p. 84). 113 (p. 84). 114—119. 120 (in.). 121 (in.). 123. 124. 135. 143—149. 164—168. 208. 313. 353.

Incertae aetatis sunt:

a Mil. 5512. Ephes. 5600. Clazom. 5609. Chi. 5654. 5656. 5657. 5659. 5662.

b Mil. 5501. Olb. 5551. Panticap. 5564. Ephes. 5594. Te. 5633. 5636. Erythr. 5693. Zol. n. 5. 7. Chi. Zol. n. 8—10. 13. 33. 34. 49. 57. 106. Sam. 5699. Olb. 5551. Smyrn. 5617.

c Olb. 5549. Ephes. 5595. 5605. 5606. Erythr. Zol. n. 6. Chi. 5660. Zol. n. 11. 12. 14. 15. 36. 41. 42. 48. 69. 80. 101. 125—133. 156. Mil. Knackf. n. 1. 2. 4. 7. Sam. 5711. 5712. I. v. Pr. 132. 137. 259. 261. 300. 316. 326. 332. 357. 374. 375. Lampsac(us) 5625.

b) Tituli ceterarum Asiae Ionicae urbium.

Saec. V.

a Halic(arnassus) 5726 (c. 454).
b Halic. 5727 (ex.).
c —

Saec. IV.

a —
b Magn(esia) 5737 (ex.). Myl(asa) 5753 *a*, *b*, *c* (a. 367, 361, 354).
c Magn. 5738. 5739 (= I. v. Magn. 5, c. 250).

Saec. III.

ab —
c Magn. 5741 (ex.). Halic. 5729.

Saec. II.

ab —
c Magn. 5736. 5742. 5746. 5747. Myl. 5755.

Saec. I.

ab —
c Bargyl(iae) 5725. Magn. 5749. 5750 5751.

Inscriptiones, quarum aetas accuratius definiri nequit, hic consulto praetermisi, quippe quae omnes fere recentiores essent aut recentissimae et *κοινῇ* affectae vel potius occupatae ita, ut de aetate singularum e sermonis affectione vix aliquid posset evinci.

Etiam reliquos titulos Ionicos, quibus apud Bechtelium[1] »Adespota« inscribitur, plane mihi neglegendos putavi et silentio praetereundos utpote

[1]) SGDI p. 763—776.

qui omnes fere brevissimi ad quaestionem meam levioris sint momenti. Titulos publicos et privatos promiscue tractavi, cum mihi duo haec inscriptionum genera, quantum id ad meum propositum pertinet, parum inter se differre videantur [1]).

CAPUT II.

Phonologia.

A) De vocalibus.

§ 1. De ε Ionico.

a) ᾰ pro Ionico ε [2]).

Formae numeralium 4, 14, 40 in Ionicae dialecti litterarum fontibus similiter atque in vulgari lingua inter ε et α fluctuant [3]), in titulis autem bonae aetatis non nisi τέσσερες similia leguntur [4]). Quare formae in inscriptionibus Ionicis obviae, quae Atthidis more α exhibent vocalem, licet ab Iade in universum non sint alienae, κοινῆς esse videntur, praesertim cum ante IV s. medium omnino non occurrant, in Euboicis et Cycladum titulis III demum saeculo deprehendantur. Exempla sunt recensenda:

Cyclades	Asia [5])
	Saec. IV.
	τεσσάρων Ias. 5515 b $_{62.\,63}$ (med.). Zel. 5533 f $_{8}$ (post. 334).

---

[1]) Eadem causa ductus Nachmanson Magnesiae titulos secundum genus atque originem (in publicos et privatos) distinguere neglexit de eaque re his sese excusat verbis (l. l. p. 9.): »...ich ließ... diese Scheidung (in publicos titulos et privatos) fallen, weil ich zur Überzeugung kam, daß die sprachlichen Verhältnisse der beiden Gruppen, soweit wir sie zu überschauen imstande sind, eine solche gesonderte Behandlung nicht als begründet erscheinen ließen, geschweige denn erforderten«.

[2]) De Ionico ᾰ (η = Ion. ᾰ) in vocibus ἀμφίσβᾰτος, ἀμφισβᾰτέω sim. agam in paragrapho »de vocalium apophonia«, de futuro λᾰψομαι in capite »de verborum coniugatione«.

[3]) cf. Hoffmann 248. Thumb, Hell. 62. Mayser 55 sqq. Witkowski, Bericht II, 132. Buck 88. Dienstbach 20 sq.

[4]) cf. Hoffmann l. l.: »die Inschriften aus guter Zeit kennen nur den Stamm τεσσερ«.

[5]) In titulis Euboicis nullum repperi exemplum.

Cyclades | Asia

Saec. III.

τέτταρας Ius IG XII, 5 n. 1005 $_{5}$. Ten. IG XII, 5 n. 872 $_{32}$; *τέτταρες* ibid. $_{32}$.

τέσσαρας Mil. Zieb. $_{60}$ (c. 210).

Saec. II. et rec.

τετταράκ... Ten. IG XII, 5 n. 878. *τέ[τ]ταρας* ib. $_{5}$ (inc. aet.).

τεσσαράκοντα I. v. Pr. 84 $_{4}$. *τεσσαρεσκαιδεκάτηι* I. v. Pr. 42 $_{2}$. *τεσσάρων* Erythr. Wil. n. 12 $_{8, 67}$. *τέσσαρας* Chi. Zol n. 3 $_{34}$. *τεσσαρεσκαιδεκάτηι* Chi. Zol. n. 3 $_{14}$. *τεσσαράκοντα* Tom. 5545 $_{14}$. *τέσσαρας* ibid. $_{24}$. *τέσσαρες* Te. 5636 (inc. aet).

τεσσερ- : *τεσσαρ-* (*τετταρ-*)

	Aet. vetust.	s. IV et IV/III	s. III	s. II et rec.
Euboea	—	—	—	—
Cyclades	1:0	—	0:3	0:2
Asia	1:0	6:2	1:1	1:8
summa:	2:0	6:2 (=3:1)	1:4	1:10

Hic conspectus rationem repraesentat, qua utraque numeri »quattuor« forma in Ioniae inscriptionibus occurrat, clareque demonstrat vernaculam illam Ionicam, quae *ε* exhibet, IV saeculo sede moveri coeptam esse ab altera vulgari, tamen prorsus non esse submotam ita, ut in communi lingua iuxta Atticam multo usitatiorem, hic illic appareat forma Iadis propria (*τέσσερες*) [1]).

b) ει pro Ionico *ε*.

1. Comparativum *μέζων* (ex **μέγjων*) formam Ionicam esse omnes fontes nostri consentientes testantur: Herodoti libri manuscripti, Hippocratis [2]), Herodae [3]), necnon titulorum testimonia: *μέζονα* Orop. 5339 (s. V/IV), *μέζω* Amorg. IG XII, 7 n. 17 $_{16}$ (s. III pr.).

Quam ob rem sine dubio *κοινῆς* sunt: *μεῖζον* I. v. Pr. 19 $_{19}$ (s. III post.), *μείζους* Imbr. IG XII, 8 n. 51 $_{20}$ (s. II), *μείζω* I. v. Pr. 42 $_{67}$ (c. 133), *μείζονα* 109 (c. 120), *μειζόνων* 111 $_{200}$ (s. I in.), *μείζονος* Tom. 5545 $_{9}$ (s. I).

2. Pro vulgari *εἷς* (ex **ἕνς*) apud Atticos antiquitus et ante vocalem et ante consonantem usitato *ἕς* bonae Iadis (usque ad a. a. Chr. 400)

[1]) cf. Witkowski, Bericht II, 132.
[2]) cf. Hoffmann 286.
[3]) ibid.

proprium esse constat[1]), quae consonis sequentibus legitima fuerat praepositionis forma[2]). Inde a IV autem saeculo utraque forma in usu est, ita tamen, ut ἐς paulatim rarescat, εἰς in dies usitatius fiat (cf. laterculum). Utrum tamen longioris formae origo Atthidi vel τῇ κοινῇ addicenda sit, an per se in Iade IV demum saeculo oborta communis linguae auctoritate increbruerit, diiudicari non potest[3]). Tituli, in quibus εἰς occurrit, sunt hi:

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. IV.	
Orop. 5339 pass(im). Eretr. 5310. 5315$_{28.\,44}$.	Amorg. 5371$_{35.\,38}$. IG XII, 7 n. 5$_{6.\,15}$. 6$_{6}$. Andr. IG XII, 5 n. 716 pass. Imbr. IG XII, 8 n. 46$_{6}$. Scyr. IG XII, 8 n. 668$_{4}$.	Ephes. 5589$_{8.\,9}$. Te. 5634 pass. Magn. 5737$_{22}$. Sam. 5698 pass. I. v. Pr. 1$_{16}$. 2$_{10.\,11}$. 361. 363. 362$_{21}$. 7$_{12.\,24}$. 6$_{5.\,16.\,17}$. 8$_{35.\,36}$. 5$_{9}$. 139$_{3.\,5}$.
	Saec. IV/III.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 8$_{7.\,16}$. 9$_{4}$. 10$_{10}$. 69 pass. Ce. IG XII, 5 n. 528$_{5}$. 544. Andr. IG XII, 5 n. 714$_{15}$. Sicin. IG XII, 5 n. 24$_{17}$.	—
	Saec. III.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 11$_{6}$. 15$_{13}$. 16$_{24}$. 22 pass. 24$_{14}$. 25$_{11}$. 27$_{5}$. 57$_{2}$. 225$_{13.\,14}$. 241 pass. 386 pass. 506$_{58}$. 509 pass.	Ephes. 5591 pass. 5592$_{3}$. 5597$_{4.\,12}$.
—	Ten. IG XII, 5 n. 802$_{33}$. 816$_{11}$. 872$_{68}$. Ce. IG XII, 5 n. 532$_{2}$. 533$_{3}$. 538$_{3}$. Samothr. IG XII, 8 n. 156 A pass. B$_{18.\,19}$. Thas. 5464$_{7.\,11}$.	Mil. Zieb.$_{3}$. I. v. Pr. 57$_{9}$. 18$_{6}$. 19$_{46}$.

[1]) cf. Smyth 598: »On the inscriptions from the Kyklades and the Asiatic mainland and neighbouring islands we find *ΕΣ* invariably before 400 B. C.«; cf. Hoffmann 401: »Die regelmäßige Form der Prosa ist bereits im V Jhr. ἐς.«

[2]) cf. Hoffmann l. l.: »...dieses (ἐς) hat sich wahrscheinlich schon in vorhistorischer Zeit, als noch *ἐνς gesprochen wurde, vor anlautendem Konsonanten entwickelt... u. wurde dann später auch vor Vokalen statt des lautgesetzlichen *ἐνς: εἰς allgemein üblich«.

[3]) cf. Smyth l. l.: »The question arises, whether only one of these forms is Ionic or whether both are the property of the dialect«.

	Saec. III/II.	
—	Amorg. 5362$_{26}$. 5366$_{18}$. IG XII, 7 n. 67 pass. 226$_{2}$. Mycon. 5416$_{7,\ 21}$.	Erythr. Wilam. n. 13$_{19}$. I. v. Pr. 205.
	Saec. II.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 33$_{16}$. 34$_{4}$. 35$_{6}$. 388. 389$_{20,\ 43}$. 449$_{9}$. 515 pass. Ten. IG XII, 5 n. 817$_{30}$. 818$_{17}$. 819$_{14,\ 29}$. 821$_{5}$. 824$_{10,\ 30}$. 825$_{15,\ 30}$. 826 pass. 832$_{6,\ 16}$. 863$_{21}$. 864$_{19}$. 870 pass. Par. IG XII, 5 n. 129$_{11}$. 186$_{15}$. Ce. IG XII, 5 n. 599$_{18}$.	Magn. 5736$_{26}$. I. v. Pr. 12$_{26}$. 42$_{59}$. 60$_{10}$. 64$_{11}$. 90$_{6}$. 108$_{95}$. 109$_{167}$.
	Saec. II/I.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 235$_{28}$. 237$_{41,\ 50}$.	—
	Saec. I.	
Hist. 5342$_{3}$.	Amorg. IG XII, 7 n. 392$_{23}$. Ten. IG XII, 5 n. 830$_{15,\ 25}$.	I. v. Pr. 28$_{21}$. 105$_{80}$. 113$_{25,\ 38}$. 111 pass. 121$_{10}$. 115$_{11}$. Mil. 5500$_{6,\ 9}$. Tom. 5545$_{16,\ 23}$.

ἐς : εἰς

	Saec. V et V/IV	s. IV et IV/III	s. III	s. II et rec.
Euboea	3:0	2: 3	0: 0	0: 1
Cyclades	3:0	2:15	2:23	1:24
Asia	5:0	8:14	0: 9	2:16
summa:	11:0	12:32 (=c. 1:3)	2:32 (= 1:16)	3:41 (=c. 1:14)

Laterculi, quem apposui, numeri docent Atticorum formam εἰς in vulgari lingua principem obtinuisse locum, etsi brevioris scripturae exempla non desunt [1]). In forma ἐς usurpanda haec memoratu sunt digna: primum ante breviora vocabula ἐς potissimum conspici, deinde omnia fere exempla occurrere ante consonantes [2]).

[1]) Dienstbach 25; cf. Witkowski, Bericht II p. 134.
[2]) Dienstbach 26.

§ 2. De vocali ῐ.

ε pro Ionico ῐ.

Ἱστίη vel ἱστίη ab Ionibus pro ἑστία usurpatum esse praeclare docent inscriptiones, quarum exempla in commentationis suae indice diligenter congessit Fuochi. Quare formae in recentioribus titulis obviae, quae ε prae se ferunt vocalem, quin e communi fluxerint lingua, dubitari non potest. Exempla affero:

Cyclades	Asia
Saec. III[1]).	
Ἐ[ι]στιαίου Thas. IG XII, 8 n. 289 $_{5}$.	Ἑστίης (gen.) Erythr. 5692 b $_{16}$ (c. 278).
Saec. II.	
Ἑστιαῖος Thas. IG XII, 8 n. 300 $_{20}$. Ἑστιαίου Thas. IG XII, 8 n. 293 $_{22}$. 301 $_{10}$. 303 a $_{2}$.	Ἑστίᾱι Erythr. Wilam. n. 12 $_{64}$.
Saec. I.	
Ἑστιαίου Thas. IG XII, 8n. 309 $_{20}$.	Ἑστία[ς] I. v. Pr. 116. Ἑστιαίου I.v.Pr.149 $_{1}$. ἑστίαν I.v. Pr. 111 $_{88}$. 117 $_{37}$.
Incertae aetati, sed recentiori, adscribenda sunt:	
Ἑστία Par. IG XII, 5 n. 143 (aet. Rom.). Ἑστιαῖος Ten. IG XII, 5 n. 880 $_{16}$. 881 $_{24}$. 882 $_{6}$.	

De vocalibus ο et υ ad materiem nostram nihil est notatu dignum.

§ 3. De vocali η.

Iam primum omnium duae η vocales in dialecto Ionica distinguendae sunt: 1) η vocalis, quae sono ē (Ideu. ē) respondet apud omnes Graecos, exempli gratia in verbo ἧμαι et 2) η vocalis, quae antiquissimis temporibus apud Iones ex ᾱ (Ideu. ā) orta est. In genuina, primaria η vocali usurpanda Ias et κοινή optime congruunt inter se ideoque hac provincia relicta iam ad secundarium illud η, ut ita dicam adulterinum, tractandum accedo.

Ea re a reliquis Graecae linguae dialectis omnibus differt Ias, quod pro ᾱ natura longo vocalem η ponere solet et quidem non solum, ut in

[1]) vetustiora titulorum testimonia non occurrunt.

Attica fit dialecto, consona praecedente (ϱ excepto) et post nonnullas tantum vocales (υ, ο), sed etiam tum, cum α longum praecedebant ε vel ι vel ϱ. Si igitur in titulis Ionicis ᾱ invenitur pro η, manifestum est in inscriptiones illas communem iam se insinuavisse linguam, nisi forte α breve est vel alius cuiusdam dialecti aut linguae forma assumpta [1]).

1. ᾱ purum in formis stirpis ἱεϱᾱ- [2]):

Cyclades	Asia
ἱεϱατεύσας Amorg. IG XII, 7 n. 25 (s. III). 438 (s. II). 248 (inc. aet. rec.); εἱεϱατεύσασα Syr. IG XII, 5 n. 655 $_8$ (s. III/II).	ἱεϱατείης Prien. 5588 = I. v. Pr. 139 $_7$ (ante 335); ἱεϱατεύοντος Ephes. 5605 $_2$ (aet. Rom.); ἱεϱατεύσασαν I. v. Magn. 178 $_6$ (aet. Rom.).

Exempla allata utpote in recentioribus titulis obvia κοινῆς esse videntur [3]). Sed etiam ἱεϱη-, quod in recentibus quibusdam inscriptionibus occurrit, ubi Iadis nihil iam superest, velut ἱεϱητειῶν Erythr. 5692 b $_{14, 36}$ (s. III), ἀϱχιεϱητεύων I. v. Magn. n. 221 $_2$ (s. I), recte a Schweizero [4]) et Nachmansono [5]) vulgaris linguae ionismis adnumeratur [6]). Adicio exempla Prienensia: ἱεϱητεύοντα I. v. Pr. 162 B (s. II); ἱεϱητεύσασαν I. v. Pr. 162 C; ἱεϱητεύων I. v. Pr. 177 (s. II) [7]).

2. -ιᾱ- pro -ιη- in stirpium nonnullarum syllabis:

a) Stirps ἰᾱ- = Ionicum ἰη-:

---

1) cf. tamen Thumb, Hell. 68: »Am wichtigsten und zugleich am strittigsten ist die Frage, ob η nach ι und ϱ statt des att. ᾱ als echter Jonismus zu betrachten ist«.

2) De vocali ᾱ, quae in declinationis desinentiis occurrit, agam in morphologia tractanda.

3) cf. Schweizer 40.

4) p. 39 sq.

5) p. 29.

6) Aliam de hac voce opinionem protulit Thumb, Hell. 68: »...ἱεϱητεύω neben ἱεϱατεύω... sind mir ebenso wenig glaubwürdige Zeugen für jonischen Einfluß: denn ἱεϱητεύω u. ἱεϱατεύομαι, das E. Schweizer für eine secundäre »Atticisierung« betrachtet, sind durch nicht jonische Dialektinschriften so gut bezeugt, daß man beide für alt u. echt (mit urgriech. η bezw. ᾱ) halten darf«... Idem censet Dienstbach 21.

7) Praetermitto formas [ἱ]εϱησαμένην I. v. Pr. 160 $_8$ (s. IV), ἱεϱήσεται I. v. Pr. 174 $_4$ (s. II), ἱεϱήσε[ται I. v. Pr. 202 $_{26}$ (s. II), quas e duorum verborum ordinum commixtione, eorum scilicet, quae in -εω quaeque in -άω exeunt, ortas esse iure coniectavit Schweizer l. l., cf. Thumb l. l.; Dienstbach l. l.

Ἰη- »mederi« in formis ἰήσασθαι, ἴημαι, ἰητρός, ἰητρικός omnes passim exhibent dialecti Ionicae fontes[1]). Quae sola est litterarum Ionicarum forma: Herodoti, Hippocratis, Herodae; in titulis haec stirps inter η et ᾱ iam inde a IV saeculo ineunti fluctuat ita, ut utriusque formae exempla promiscue legantur.

Testimoniorum, quibus nitimur, vel maxima pars nomina propria continet neque facile diiudicari potest, utrum singula κοινῆς arguant vestigia an ad aliam dialectum Graecam, nempe ad Doridem, sint revocanda.

α. ἰητρο-:

Ἰητρῶι Panticap. 5557 $_{2}$ s. IV (a. 387—347); 5559 $_{2}$ s. IV (a. 347—309); 5560 $_{2}$ s. IV (a. 347—309); Ἰητροῦ Istrus 5542 $_{28}$ s. I.

β. ἰατρο-:

Cyclades	Asia
Saec. IV.	
	ἰατρικοῦ Te. 5633 $_{11}$ (? s. V/IV). Ἰατροκλεῦς Ias. 5515 $_{18,\ 19}$.
Saec. III.	
ἰατρικήν Ce. IG XII, 5 n. 600 $_{26}$. Ἰατροκλέος Del. 5389 $_{4}$ (a. 279/8).	Ἰατροκλῆς Erythr. 5692 b $_{44}$.
Saec. II.	
ἰατρός Ten. IG XII, 5 n. 823 $_{3}$. 824 $_{3,\ 35}$. Ἰατροκλέους Ten. IG XII, 5 n. 921. ἰατ[ρεύσα]ντα Amorg. IG XII, 7 n. 231 $_{30}$. ἰατρικῆι ibid. $_{41}$.	Ἰατροκλέους Mylas. 5755 $_{8}$.
Saec. I. a. Chr.	
Ἰατροκλέους Ten. IG XII, 5 n. 920 $_{3}$. Ἰατροκλεῦς Amorg. IG XII, 7 n. 173. Ἰατροκλῆς Amorg. IG XII, 7 n. 261. ἰατρός Samothr. IG XII, 8 n. 260.	ἰατροῖς I. v. Pr. 111 $_{175}$.
Saec. I. p. Chr.	
Ἰατρ[οκλέους] Imbr. IG XII, 8 n. 64.	—
Aetatis incertae, sed recentioris sunt:	
ἰατρόν Andr. IG XII, 5 n. 719 $_{16}$ (aev. Rom.).	Ἰατροκλέους Erythr. Zolot. n. 6 $_{51}$.

1) cf. Hoffmann 348.

Eiusdem radicis *ἰη-* alterum quoque in titulis Ionicis reperitur nomen proprium *Ἰάσων* vel fem. *Ἰασώ*. Exempla enotavi haec:

Cyclades	Asia
Ἰάσων Thas. IG XII, 8 n. 325 $_{11}$ (s. II). Syr. IG XII, 5 n. 685 (s. I); *Ἰάσονος* Par. IG XII, 5 n. 135 $_{15}$. Nax. IG XII, 5 n. 86 (inc. aet. rec.).	*Ἰάσων* Halic. 5727 $_{28}$ (s. V). Mil. Knackf. n. 4 (aet. Rom.); *Ἰάσονος* I. v. Pr. 147 $_{8}$. 148 $_{28}$. 313 pass. (omn. s. I); *Ἰασώ* Chi. Zol. n. 14 (aet. Rom.).

Ex iis, quae recensui, exemplis omnia ad *κοινήν* referenda videntur uno excepto et quidem illo *Ἰάσων*, quod in sane vetusto titulo Halicarnasseo occurrit. Hoc nomen proprium Doridis vestigium puto.

Forma Ionica genuina *Ἰήσων* apud Herodotum saepius invenitur [1], in titulis unicum deprehendi exemplum *Ἰήσονος* in inscriptione Amorgina IG XII, 7 n. 517 (inc. aet.), quae tota Homericum prae se fert colorem. Laterculum appono.

ἰη- : *ἰᾱ-*

	s. IV	s. III	s. II et rec.
Euboea	—	—	—
Cyclades	—	0:2	0:13
Asia	3:2	0:1	0: 5
summa:	3:2	0:3	0:18

b) Διᾱ-κόσιοι pro Ionico *διη-κόσιοι* [2]:

Euboea	*διακόσιοι* Neap. 5272 (inc. aet. rec.).
Cyclades	*διακοσί*[*ων*] Ten. IG XII, 5 n. 872 pass.; *διακοσίας* ib. $_{58}$ (s. III); *διακοσί*[*ας*] Ius IG XII, 5 n. 1005 (s. III).
Asia	*διακόσιαι* Mil. 5499 $_{52}$ (inc. aet. rec.); *διακοσίας* Olb. 5551 $_{1}$ (inc. aet. rec.).

c) Τριᾱ- pro Ionico *τριη-* [3]:

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. IV.	
τριάκοντα Eretr. 5311 $_{6}$.	—	*τριάκοντα* I. v. Pr. n. 8 $_{58}$ (c. 328).

[1]) locos enotavit Hoffmann 348.
[2]) cf. Hoffmann l. l.
[3]) cf. Hoffmann ib.; Buck 90.

	Saec. III.	
—	*τριάκοντα* Amorg. **5364**. IG XII, **7** n. **386** $_{8}$. Ten. IG XII, **5** n. **872** $_{25.\ 59}$. [*τ*]*ριακοσίων* Ten. IG XII, **5** n. **875** $_{25}$.	*τριάκοντα* Mil. Zieb. n. **51**. *τριακάδι* Erythr. **5692** c $_{47}$. *τριάκοντα* I. v. Pr. **16** $_{7}$.

Recentioris aetatis sunt:

—	*τριάκοντα* Amorg. IG XII, **7** n. **261** (s. I).	*τριάκοντα* I. v Pr. **37** $_{88}$ (s. II). Magn. **5744** $_{6}$ (inc. aet.). *τριακοσίων* ibid. $_{5}$.

3. -*ρᾱ* pro Ionico -*ρη* in radicibus nonnullis:

a) Stirps *πρᾱγ-* pro Ionico *πρηγ-*.

Formam Ionicam *πρήσσω*, quae saepissime in omnibus fontibus nostris reperitur[1]), inde a IV a. Chr. saeculo a vulgari *πράσσω* vel *πράττω* submotam esse testantur exempla, quae liceat mihi enumerare.

Euboea	Cyclades	Asia
—	Saec. IV. [*πρ*]*άκτορας* Ius IG XII, **5** n. **1001** $_{2}$. *πρακτός* Amorg. IG XII, **7** n. **62** $_{5.\ 50}$. *ἐπράξατο* Amorg. IG XII, **7** n. **5** $_{12}$. Saec. IV/III. *πράττοντας* Amorg. IG XII, **7** n. **69** $_{38}$. *πράσ*[*σοντ*]*ες* ibid. $_{50}$. *πράξ*[*ασθαι*] ib. $_{26}$. *πρακτός* ib. $_{13.\ 40}$. *πράσ*[*σοντ*]*ες* Amorg. IG XII, **7** n. **67** $_{81}$. *πράττοντας* ib. $_{69}$. *πράξασθαι* ib. $_{59}$. *πράξει* ib. $_{59}$. *Πραξικλεῖ* ib. $_{60}$. *πράττωσιν* ib. $_{68}$. *πρακτοί* ib. $_{46.\ 71}$. Saec. III. *πράττων* Samothr. IG XII, **8** n. **156** $_{15}$ (c. 228—225).	Saec. IV. *πράκτορας* Mil. **5496** $_{11}$. *ἐκπραξάντων* ibid. $_{17}$. *πράκτορες* ib. $_{20}$. *ἔπραττε* Chi Zol. n. **2** $_{16}$. *πράξονται* Olb. **5547** $_{19}$. *πράττειν* ib. $_{30}$. *πρᾶξαι* Myl. **5753** (c. 360). *πράξιος* ibid. *πεπραγματεύεται* I. v. Pr. **4** $_{15}$. *πράττων* ibid. $_{13}$. *πράττοντας* ib. $_{40}$. *πρασσομένοις* ib. $_{9}$. Saec. III. *πραχθήσεται* Mil. **5498** $_{7}$. *πράγματα* Ephes. **5591** $_{18}$. *πρᾶξιν* Mil. Ziebarth $_{63}$. *πράγματα* I. v. Pr. **15** $_{7}$ (c. 286). *πράσσει* I. v. Pr. **14** $_{11}$ (c. 286). *πράττων* I. v. Pr. **24** $_{17}$. *πεπραγμένοις* I. v. Pr. **16** $_{14}$. Saec. II et rec. *πρᾶγμα*(-*τος* etc.) I.v. Pr. **108** pass.

[1]) cf. Hoffmann 349.

ἔκπραξις Neap. 5272 (inc. aet.). *πράττων* Eretr. 5310_{4} (inc. aet.).

Saec. II.

πεπραγμένον Amorg. IG XII, 7 n. 235 $_{8}$.
πρᾶξις Amorg. IG XII, 7 n. 515 $_{22}$. *πρασσέτωσαν* ib. $_{31}$. *πράκτωρ* ib. $_{119}$. *πραξάτ[ω]* ib. $_{119}$. *πράξωσιν* ib. $_{116}$.

41 $_{10.\ 14}$. 27 $_{16}$. 42 $_{11}$. 109 $_{131}$. 111 $_{123.\ 149}$. 40 $_{11}$. 86 $_{9}$. 38 $_{4}$. 99 $_{5}$. 121 $_{24.\ 27}$.
πράξεων I. v. Pr. 69 $_{6}$. 117 $_{44}$.
πεπραγμένων I.v.Pr. 103 $_{7}$. 111 $_{317}$. 119 $_{27}$.
πραχθῆι I. v. Pr. 27 $_{12}$.
πραχθέντα I. v. Pr. 111 $_{142}$.
πρασσομένοις I. v. Pr. 108 $_{23}$. (omn. s. II).
πραξίας I. v. Pr. 313 $_{597}$ (s. I).
δι[ε]πράξατο Istr. 5442 $_{46}$ (s. I).
πράξεις Te. 5634 $_{24}$ (inc. aet.).

πρηγ- : *πραγ-*

	s. IV	s. IV/III et III	s. II et rec.
Euboea	2:0	—	0: 2
Cyclades	5:3	5:3	2: 2
Asia	1:5	1:7	0:22
summa:	8:8 (=1:1)	6:10 (=c. 1:2)	2:26 (=1:13)

b) Stirps *πρᾱ-* = Ion. *πρη-* [1]).

Pro Ionico *πρη-* »vendere« vulgare *πρᾱ-* in his titulis occurrit:

Cyclades

Saec. IV.

πράσ[ει] Ius IG XII, 5 n. 1002.

Saec. III et II.

πρᾱτ[ῆ]ρες Ten. IG XII, 5 n. 872 pass. (s. III).
πράτωρ ibid. $_{45}$.
πρᾱτήρ Ten. IG XII, 5 n. 875 $_{21.\ 25}$ (s. III) 872 $_{45}$.

Asia

Saec. IV.

πρᾶσις Magn. 5744 $_{4}$ (a. 333).

Saec. III et II.

[ἐπράθησαν] Erythr. 5692 a $_{1}$ (s. III). *ἐπράθησαν* ibid. $_{16.\ 61}$. *ἐπεπράθησαν* ib. a $_{5.\ 51}$. c $_{6}$. *ἐπεπράθη* ib. a $_{42}$. b $_{9}$. *πρᾱθεῖσαι* ib. c $_{14}$. *ἐπιπρᾱθεῖσαι* ib. c $_{15}$. *πρᾱθεισῶν* ib. c $_{52}$.
πέπρᾱκεν Myl. 5755 $_{5}$ (s. II).

[1]) cf. Smyth 178; Hoffmann 350.

πρη- : πρᾱ-

	s. V	s. IV	s. III
Euboea Cyclades Asia	— — 1:0	— 0:1 1:0	— 0: 9 [1]) 0:12 [2])
summa:	1:0	1:1	0:21

Exempla, quae enotavi, aetate in universum recentiore obvia *κοινῇ* irruenti impertienda esse satis liquet. Laterculi ad oculos nobis ponunt, quomodo formae vernaculae ab Atticis paulatim sede moveantur.

c) Πρηΰς, πρηΰτερος etc. »mitis, mansuetus« Ionicae sunt formae, quae vulgaribus *πραΰς, πραΰτερος* etc. respondent [3]). Idcirco formam *πραότης* in seris quibusdam titulis Amorginis comparentem vulgari linguae esse attribuendam nemo negabit. Est autem praesto in his: *πρᾱότητος* IG XII, 7 n. 240 $_{19}$ (serae aet.). *πρᾱ[ότητα]* IG XII, 7 n. 401 $_{7}$ (serae aet.).

d) Φράτρα pro *φρήτρη, φρατρία* pro *φρητρίη*:

Φρήτηρ »frāter«, *φρήτρη* sim. (= att. *φράτηρ, φράτρᾱ*, ex Ideu. *bhrāter, *bhrātrā) non solum bonis Iadis temporibus vigebant [4]), sed etiam ipsa dialecto Ionica iam diu sublata in communis linguae supellectilem receptae utpote sollemnes in usu erant voces: *φρήτωρ, φρήταρχος, φρήτριος, φρητρία* [5]). Una tamen cum his ionismis Atticas in vulgarem sermonem penetrasse formas, optime demonstratur Ionicae terrae inscriptionum, quae affero, testimoniis.

Et quidem reperitur forma *φρατρίας* (gen.) in duabus inscriptionibus Andriis: IG XII, 5 n. 716 $_{8}$ (? s. IV). 717 $_{7}$ (inc. aet. rec.), accusativi autem *φρατρίαν* (semel *φράτραμ* ante labialem) in his Teni insulae titulis leguntur: IG XII, 5 n. 802 $_{16}$. 804 $_{11}$. 816 $_{16}$. 820 $_{22}$ (omnes s. III). 821 $_{11}$. 825 $_{27}$. 832 $_{19}$. 841 $_{24}$ (omnes s. II).

4. *ᾱ* pro *η* in posteriore compositorum membro:

a) -ήνωρ in nominibus compositis meram esse formam Ionicam ac vernaculam titulorum testimoniis ab Hoffmanno [6]) congestis certissime

---

[1]) septies in uno titulo Ten. IG XII, 5 n. 872.

[2]) in uno titulo Erythr. 5692.

[3]) cf. Stein ad ed. Herodoti p. LXIII.

[4]) cf. Hoffmann 351.

[5]) cf. W. Schulze, Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen 1893 p. 161; Solmsen, Unters. zur gr. Laut- u. Verslehre, Strassburg 1901; Nachmanson 29.

[6]) l. l. p. 355.

probatur. Quare nomen proprium *Ε[ὐ]ά(ν)ωρ* in recenti titulo Tenio 5492 $_{30}$ = IG XII, 5 n. 872 (s. III), vulgari lingua perscripto obvium, *κοινῆς* prae se ferre speciem ac proprietatem nemo infitiabitur, nisi quis potius vocis simplicis *ἀνήρ* analogia α praevaluisse (*Εὐάνωρ*) coniectabit aut Euanorem illum fuisse Doriensem (*Εὐάνωρ*). Sane negari non potest Doricum esse nomen *Νικάνωρ* I. v. Pr. 313 pass. (s. I)[1]). [Cf. Addendum p. 69].

b) α stirpis *ἀγερ-*, *ἀγορ-* (*ἀγείρω*, *ἀγορή*) in nominibus compositis productum esse in η satis antiquum testatur exemplum *Ἀντ-ηγορίων* tituli Euboici 5345 (s. V). Itaque nomen *Ἀνταγοράδης* Thas. 5478 b $_{10}$ = IG XII, 8 n. 288 b $_{23}$ (s. III) *κοινῇ* adscripsit Fuochi. Si tamen perpenderis permulta nomina propria, quorum secundum membrum est *-αγόρης* vel *-αγόρας*, ut *Ἀρισταγόρας*, *Ἡραγόρας*, *Πυθαγόρας* alia, α exhibere breve (ᾰ), probabile est, in nomine quoque, quod examinatur, brevem esse vocalem [*Ἀντᾰγοράδης*], si autem longum est α, idem de hac voce censere licet ac de nomine *Εὐάνωρ*. Praeter illud exemplum, quod solum affert Fuochi, in titulis Thasiacis nuper collectis haec deprehendi: *Ἀνταγορά*[*δεω*] IG XII, 8 n. 279 $_{17}$ (=5472 b $_{6}$); *Ἀνταγοράδε*[*υς*] IG XII, 8 n. 284 $_{4}$ (=5475 $_{4}$); *Ἀνταγόρης* IG XII, 8 n. 413 (omnes tituli s. IV); *Εὐαγόρου* I. v. Pr. 81 $_{4.\ 10}$ (c. 200); *Ἀνταγοράδου* IG XII, 8 n. 293 $_{18.\ 20}$. 298 $_{25}$. 299 $_{18}$. 300 $_{18}$ (omn. s. II). 307 $_{10}$ (s. I). 324 $_{10}$. 343 $_{1}$ (inc. aet. rec.).

c) *-άρης* = Ion. *-ήρης* in nomine *Εὐάρεος* Par. 5449 (= IG XII, 5 n. 401, s. IV), quocum conferre liceat: *Εὐήρεος* Thas. 5469 (s. V), *Εὐήρης* Thas. IG XII, 8 n. 271 $_{21}$ (a. 380), *Εὐηρε*[*ίδεω*] Thas. IG XII, 8 n. 297 $_{12}$ (s. IV).

5. Oppidi Ionici *Ποιήεσσα* (Strabo X, 48 sqq.) nominis in titulo Ceo 5399 $_{10}$ (s. IV) forma *Ποιᾶσσα* occurrit. Ibidem incolae eius oppidi *Ποιάσσιοι* dicuntur, quorum mere Ionicum nomen est *Ποιήσσιοι*[2]). Titulum, quem dico, quamquam bonae aetatis, Atthidi iam patuisse comprobant formae *ἐνοικοῦντα* $_{8}$, *ἄν* $_{7}$. Quapropter consentio cum Hoffmanno[3]), qui nomen *Ποιᾶσσα* (ex **ΠοιάϜεσσα*) Atticae vindicat dialecto[4]).

6. E Doridis provincia in titulos Ionicos irrepsit ᾱ:

a) In voce *νᾱός*, quae forma etiam ab Atticis inde ab a. 250 in communem loquendi usum est recepta[5]). Legitur autem *νᾱός* (vel *νᾱόν*)

---

[1]) cf. Dienstbach 11.

[2]) cf. Hoffmann 308.

[3]) l. l.

[4]) In titulis III saeculi (ut IG XII, 5 n. 571) denuo legitur *Ποιήσσιοι*; cf. Bechtel SGDI p. 570.

[5]) cf. Meisterhans [3] 127; Hoffmann 329.

in titulis: Phanag. 5646 (a. 347—309). I. v. Pr. 3 $_{6.\ 21}$ (s. IV). 156 (s IV). 17 $_{11}$ (s. III). 105 $_{29}$ (s. I). Amorg. IG XII, 7 n. 433 (s. II).

b) Huc spectant nomina nonnulla cum vocabuli *λᾱός* stirpe composita[1]). Nachmanson[2]) enotavit haec: *Ἀγεσίλαος* I. v. Magn. 258 (s. IV); *Φι[λ]όλα[ος]* 9 $_8$ (s. III); *Ἀρκεσίλαος* 108 $_2$ (s. II); *Ἀριστολάου* 217 $_2$ (s. I). Adicio exempla Prienensia[3]): *Ἀγελάων*; *Μενελάου*; *Νικολάου*; *Ἀρχελάου* I. v. Pr. 313 $_{422.\ 465.\ 564}$. 324 et Amorgina: *Κριτόλαος* 5368. IG XII, 7 n. 388. 433 (omn. s. II).

Cetera nomina propria recensere, quae intra Dorum vel alius cuiusdam non Ionicae gentis fines oborta genuinam suae dialecti formam retinuerunt, parum ad rem confert. E multis pauca afferam Macedonum nomina: *Ἀμύντᾱς*, *Περδίκκᾱς*, *Λᾱμέδων*[4]). Denique *ᾱ* legitimum est in titulis quibusdam Ioniae pura Doride conscriptis, ut Ten. IG XII, 5 n. 894. 913 (s. II) 911 (inc. aet. rec.)[5]).

§ 4. *De vocali ῑ.*

Pernotum est senescente lingua Graeca sonum *ει* primum in Boeotia, deinde a saeculo fere III ceteris quoque in regionibus eam paulatim subiisse mutationem, ut idem valeret quod *ι*. Unde factum est, ut multis in vocibus *ι* scriberetur pro *ει* et (saepius) *ει* pro *ῑ*[6]). Hanc mutationem, quae itacismus vocatur, in dialecto Styrensi iam V saeculo factam esse vv. dd. ex titulis demonstrare sunt conati. Quorum sententiam refutavit Bechtel[7]) eumque sequitur Hoffmann[8]). Restant cetera titulorum Ionicorum testimonia, quae quidem in universum III saeculo non sunt vetustiora, quo tempore Iadis provinciam a victrici lingua communi iam occupatam scimus, tamen ipsa pro *κοινῆς* vestigiis vix possunt haberi.

---

1) cf. Kretschmer KZ 31, 290; Hoffmann 329.
2) p. 124.
3) cf. Dienstbach 12.
4) cf. Hoffmann 329.
5) cf. etiam I. v. Pr. index; Dienstbach 12; Kretschmer, Die griech. Vaseninschriften (Gütersloh, 1894) 71 sqq. 76 sqq.; Hoffmann 307 et 329.
6) Glaser 66. cf. G. Meyer Griech. Gramm.[3] (Lips. 1896) p. 127 sqq.; Hoffmann 380; Meisterhans[3] 48 sqq.; Nachmanson 35 et 40 sq.; Thumb, Hell. 228; Dienstbach 37 sq.
7) Inschr. d. ion. Dial. p. 36.
8) p. 380.

§ 5. *De diphthongo* ει.

De diphthongo ει genuina ad rem propositam nihil habeo, quod proferam. Agam igitur de diphthongo Ionica ει adulterina.

a) ε pro Ionico adulterino ει:

1. Ionica dialectus in voce *ξενϝος iacturam spirantis ϝ suppletoria, quam vocant, vocalis ε productione compensavit ita, ut ξεῖνος natum sit [1]). Hoc certe ad Cycladum et Asiae dialectum spectat. In Euboeae autem insulae sermone monendum est formam ξεῖνος nondum esse repertam. Namque inscriptionum, quae nobis praesto sunt, Euboicarum ξεῖνος in unico legitur titulo Eretriensi 5304 eoque metrico, qui ad quaestionem nostram illustrandam nullius est momenti. Attamen non possum vestigia premere Thumbii [2]), qui formam ξεῖνος ab Euboica dialecto prorsus abhorrere censet, ipsam autem dialectum perinde atque Atthidem hac in voce productionem suppletoriam non subiisse. Si enim respicio formae ξένος exempla in titulis Euboicis duo tantum exstare, tutius mihi videtur in testimoniorum exilitate iudicium de ea re suspensum relinquere, dum e novis inscriptionibus huic quoque nodo solvendo lux quaedam affulgeat.

Quae cum ita sint, cautioni nostrae nemo obloqui poterit, si formam ξένος, non nisi in titulis praeter Euboicos in Euboea repertos obviam, ex Attica dialecto in Iadem se insinuasse putamus.

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. V/IV.	
ξένος Orop. 5339 $_{9}$. ξένων ib. $_{14.\,15}$.	ξένω[ι] Par. IG XII, 5 n. 109 $_{12}$.	—
	Saec. IV.	
—	ξένων Amorg. IG XII, 7 n. 5 $_{5}$. ξένια Ius IG XII, 5 n. 1004 $_{10}$.	ξένος Mil. 5497 $_{6.\,7}$. Ξενόκριτος Ephes. 5603 $_{1}$. Ξενοκλείδης Phanag. 5646 $_{1}$. ξένων Erythr. Wilam. n. 8 $_{13}$.
	Saec. III.	
—	Ξενοκλέους Amorg. IG XII, 7 n. 26 $_{4}$. Ξενοφάνης Thas. IG XII, 8 n. 293 $_{27}$. Ξενο...εο[ς] Thas. 5465 $_{5}$.	Ξενόφιλος Erythr. 5692 a $_{12}$. ξενικοῦ I. v. Pr. 59 $_{4}$. ξένιον I. v. Pr. 49 $_{10}$.

[1]) cf. Hoffmann 392.
[2]) Dialekte 351.

—	Ξενόδοκος Thas. 5466 $_{6}$. Ξένωνος Thas. 5468.	—
	Saec. II et rec.	
—	Ξενόδημος Ten. 5492 $_{60}$. ξένους Amorg. IG XII, 7 n. 389 $_{15}$. Ξενοκράτου Ten. IG XII, 5 n. 869 $_{52}$. Ξενοκράτου Thas. IG XII, 8 n. 306 $_{20}$. ξένους Ten. IG XII, 5 n. 864 $_{13}$. ξένος Ten. IG XII, 5 n. 865 $_{21}$. Ξενοφίλου Par. IG XII, 5 n. 1020 $_{9}$. ξένους Ten. IG XII, 5 n. 818 $_{11}$. 863 $_{11}$. Andr. IG XII, 5 n. 721 $_{27}$. ξένης ibid.	ἐξένιζεν I v. Pr. 117 $_{36}$. ξένια I. v. Pr. 40 $_{9}$. 41 $_{12}$. ξένιον I. v. Pr. 44 $_{38}$. 53 $_{75}$. 54 $_{70}$. ξένος I. v. Pr. 108 $_{270}$. 109 pass. 111 $_{187,\,289}$. 112 $_{79,\,86}$. 113 pass. 115 $_{4}$. ξένος Chi. Zol. n. 33. ξένωι Mil. Knackf. n. 3. Ξενόφαντος Hist. 5342 $_{39}$. ξενοδοχιῶν Te. 5633 $_{1}$. Ξενοκράτηια Erythr. 5696. Ξενοκράτου Sam. 5712 $_{6}$.

In compositis, quorum posterior pars est -ξενος, ut πρόξενος, etiam Herodotus constanter brevioris scripturae formam usurpat et tituli antiquiores ε exhibent. Unde patet formas πρόξενος, προξενία, Μενέξενος sim. genuinas esse Ionicas, non e vulgari sermone vel ex Atthide depromptas [1]).

2. Sicut ξεῖνος, ita etiam εἵνεκα, εἵνεκεν ex *ἕνϝεκα, ἕνϝεκεν, cum digamma evanuisset, orta sunt productione suppletoria [2]). Idcirco formas, quae Attico more productionem illam non sunt perpessae, κοινῇ elucet esse tribuendas. Occurrunt in his titulis:

α. ἕνεκεν, ἕνεκε.

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. IV et IV/III.	
—	Thas. 5464 $_{6}$. Amorg. IG XII, 7 n. 8 $_{9}$.	Ephes. 5589 $_{7}$. Erythr. 5689 $_{3}$.
	Saec. III.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 386 $_{31}$. 387 $_{8}$. Ten. IG XII, 5 n. 798 $_{10}$. 806 $_{6}$. 816 $_{10}$.	Mil. Knackf. n. 10 $_{8}$. Zieb. $_{7}$. I. v. Pr. 19. 23 $_{11}$. 249.

[1]) cf. Hoffmann 392.
[2]) cf. ibid.

	Saec. II.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 228_{14}. 389_{29}. Ten. IG XII, 5 n. 813_{9}. 817_{17}. 821_{4}. 824_{28}. 825_{15}. 826_{15}. 832_{6}. 837_{15}. 841_{18}.	Mil. Knackf. n. 12. I. v. Pr. $44_{19,\,25}$. 50_{24}. 53_{17}. 54_{42}. 67_{5}. 71_{14}. 108_{327}. 236. 237. 255. 256.
	Saec. II/I.	
—	Ten. IG XII, 5 n. 869_{53}. Amorg. IG XII, 7 n. 235_{21}.	I. v. Pr. 100. 103_{10}. 104_{19}. 110_{5}. 112. 113. 114 pass. 248.
	Incertae aetatis, sed recentioris sunt:	
Neap. 5271_{8}. Eretr. 5318_{2}.	Ten. IG XII, 5 n. 836_{4}. 864_{19}. 866_{11}. 924_{6}.	Ephes. 5595. Erythr. Zolot. n. 6. Chi. Zolot. n 48. I. v. Pr. 132_{14}. 259. 261.

β. ἕνεκα:

	Saec. IV et IV/III.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 10_{7}.	I. v. Pr. 4_{30}. 8_{28} (c. 330). 196 (=5585_{6}).
	Saec. III et rec.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 22_{25}. 25_{17}. 241_{25}. Ten. IG XII, 5 n. 802_{11}.	I. v. Pr. 17. 18 (s. III). 108. (s. II). 111 (s. I).

Desinentiam quod attinet, ex allatis testimoniis [1]) luculenter apparet ἕνεκε(ν) principalem esse κοινῆς formam, nempe ex Iadis supellectile desumptam [2]), ἕνεκα Atticum autem rarius apparere nemo mirabitur, si reputaverit hanc formam ipsa in Atthide inde a 300 fere a. Chr. anno ab Ionico ἕνεκεν paulatim submoveri [3]).

3. εἰρωτάω (ex *ἐρϝωτάω) vernacula est forma Ionica, ut libri manuscripti cum Herodoti tum Herodae certissime testantur [4]). Quare formas ἐπερωτῆσαι et ἐπερωτήσηι, in titulo Thasiaco $5464_{12,\,13}$ (s. III) obvias, e communi Graecorum sermone illatas putat Hoffmannus [5]). Equidem de unico, quod praesto est, in titulis exemplo certa concludere non audeo,

[1]) E Magnesiorum titulorum testimoniis idem conclusit Nachmanson 18 sq.

[2]) cf. Thumb, Hellenismus 57. 71.

[3]) cf. Meisterhans [3] 215 sqq.; Schweizer 35 sq.; Mayser 14; Smyth 595; Nachmanson 18 sq.

[4]) cf. Hoffmann 395.

[5]) ibid.

praesertim cum simplex εἰρωτάω inscriptionum testimoniis prorsus careat. Num enim, ut e. gr. aliam explicandi proferam rationem, a probabilitate alienum est inter hoc verbum simplex et compositum eandem intercedere rationem atque inter δείξω et ἀπο-δέξω[1]) vel potius ξεῖνος et πρόξενος? (ξεῖνος : προξενία = εἰρωτᾶν : ἐπ-ερωτῆσαι).

4. εἴριον (ex *ἔρϝιον) »lana« in Ionica dialecto usitatum fuisse certum est multisque Herodoti et Hippocratis probatur locis[2]). Sed quominus hanc formam solam Iadis propriam iudicemus ac peculiarem, exempla ex Heroda aliquantulum obstant. Etenim duorum, qui huc pertinent, locorum altero εἰρίων legitur (VIII, 13), altero ἔριον (VII, 72)[3]). Venimus nunc ad inscriptiones examinandas. Hoffmanno una tantum innotuit forma ἐρίων tituli Tei 5633 $_{15}$ (incertae, sed bonae aetatis, ? s. V/IV) eamque »fortasse κοινήν iam arguere« similiter atque ἔριον Herodae existimavit[4]). In titulo Chio, qui nuper accessit Zol. n. 21 (s. V), bis brevioris scripturae legitur forma: ἔρια $_{11}$. ἐρίων $_{19}$, semel deprehenditur εἴρια $_{14}$. Unde duplex conclusio elici potest: aut forma, quae diphthongum exhibet, Ionicam servavit proprietatem, duae autem reliquae κοινῆς irrepentis indicia sunt habenda aut utraque forma (et εἴριον et ἔριον) apud Iones in usu erat. Iam vero cum reputo apud Herodam necnon in titulo illo Chio ἔριον et εἴριον promiscue comparere, porro titulum utrumque, in quo legitur ἔριον, temporis esse sane boni, credo opinionem, quam posteriore protuli loco, si non veram esse, at certe probabiliorem.

§ 6. *De diphthongo ου.*

De diphthongo *ου* genuina ad quaestionem meam nihil est notatu dignum, venio igitur ad *ου* adulterinum.

ο pro Ionico *ου*.

1. Attico κόρη (ex *κόρϝᾱ) Ionicum κούρη respondere iam ex Homerico colligitur usu in eaque re vv. dd. consentiunt[5]). Quod ad titulorum testimonia spectat, et Hoffmannus et Thumbius non nisi formas priscis litteris Ionicis perscriptas afferunt, ubi *ο* idem atque *ου* valere metrum testatur, ut ϙόρη in inscriptione quadam vetustissima Naxia[6]). Tamen metricis inniti titulis

---

1) apud Herodotum; cf. infra p. 59.

2) cf. Hoffmann 395.

3) cf. Hoffmann l. l.

4) p. 396: »vielleicht bereits den Einfluß der κοινή verratend«.

5) cf. Hoffmann 408 sq.; Thumb, Dial. 351; Buck 46.

6) cf. Hoffmann ibid.; Thumb ibid.

periculosum est. Itaque non levis mihi ponderis esse videtur titulus Amorginus IG XII, 7 n. 77 (s. III), in quo legitur *Κούρηι*. Alterum testimonium est *Κο[ύ]ρηι* in titulo Pario IG XII, 5 n. 225 (bonae aet.) obvium, ubi lacuna testatur diphthongum[1]). Itaque ad *κοινήν* referenda videntur:

Cyclades

Κόρηι Amorg. IG XII, 7 n. 76 (s. IV). Thas. 5441_{2} (s. I). *Διόσκορος Διοσκόρου* Thas. IG XII, 8 n. 322_{19} (s. I p. Chr.).

Asia

Κόρης I. v. Pr. 172 (s. IV/III). 173 (s. III). Erythr. 5692 pass. (s. III). *Διοσκόρων* ibid. pass. *Κόρηι* Erythr. Wilam. n. 12_{40} (s. II).

Neque mirum potest videri formam *Διόσκουροι* saepius inveniri in titulis recentioribus necnon in recentissimis, quorum in dialecto Iadis vestigium nullum remansit, ut *Διοσκουρίδου* in titulo Tomitano 5545 (s. I), Magnesio 5749_{10} (s. I), Mylasio 5755_{8} (s. II) al. id perpendentibus formam hanc Castorum nominis cum *ου* adulterino etiam iu Atthide usitatam esse ac vulgarem[2]).

2. Diphthongum *ου* adulterinam etiam Ionicum *οὖρος* exhibet, natum ex *hόρϝος[3]). Exempla afferam in titulis obvia: *οὔρων* Mil. 5493 (s. IV in.), *οὖρον* Chi. 5654 (litterae bonae aet. *στοιχηδόν* incisae) sim.

Quam ob rem penitus mihi persuasum est e communi sermone desumptas esse has formas:

Cyclades

ὅρος Nax. IG XII, 5 n. 48 (s. IV). Par. IG XII, 5 n. 214 (s. IV). Nax. IG XII, 5 n. 56 (inc. aet.). Par. IG XII, 5 n. 256 (inc. aet.). Ce. IG XII, 5 n. 543 (inc. aet.). Amorg. 5372_{4} (inc. aet.).

Asia

ὅρος (-οι) I. v. Pr. 361_{8} (ante 350). 363_{23}. (s. IV med.). 3_{13} (c. 334). Panticap. metr. 5558_{4} (s. IV). I. v. Pr. 206 (s. III/II). 37_{161} (s. II in.). 42 pass. (c. 133). 151—155 (serae aet.). 167 (serae aet.). 212 (serae aet.). Chi. Zol. n. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. Lampsac. 5625_{1} (omnes titt. inc. aet. rec.).

3. Ex Indoeuropaeo **solvos* (cf. scr. sárvas, lat. salvus) secundum Iadis leges *οὖλος* (ex **ὄλϝος*) ortum esse constat. Qua forma litterae

---

1) Contra *κούρα* Par. IG XII, 5 n. 310_{15} (s. II) nullius fere est momenti, utpote quod in titulo metrico (distich. el.) occurrat.

2) Cuius affectionis causam explicare est conatus Kretschmer KZ 31, 442; cf. etiam Schulze, Quaest. epicae p. 513; Schweizer 66.

3) cf. Hoffmann 411; Thumb, Dial. 351; Buck 46.

Ionicae prorsus carent, quippe in quibus constanter usitetur ὅλος[1]). Inscriptionum testimonia ad unum omnia recentioris sunt aetatis omniaque breviorem prae se ferunt scripturam solo excepto καϑούλου I. v. Pr. 17 $_{33}$ (paulo post 278), ubi diphthongus bonae Ionicae aetatis vestigium esse videtur[2]). Quae cum ita sint, formam pristinam in Iade ab ὅλος sublatam esse liquet ita, ut utraque Ionica genuina sit habenda. Iam breviores liceat recensere:

κα]ϑόλου I. v. Pr. 109 $_{235}$ (c. 120); καϑ[όλου I. v. Pr. 111 $_{149}$ (s. I in.); καϑόλου I. v. Pr. 113 $_{89}$ (post a. 84 a. Chr.). 119 $_{8}$ (s. I in.). 117 $_{58}$ (s. I); κ]αϑόλο[υ] I. v. Pr. 137 $_{9}$ (inc. aet. rec.).

4. Atticum ὀδός »limen« = Ionicum οὐδός (ex *ὀδϝός)[3]). Exemplis ex Hipponactis, Herodoti, Herodae codicibus ab Hoffmanno[4]) congestis adicio inscriptionis testimonium οὐδόν, obvium in titulo Erythraeo 5601 (s. IV post.). Quo magis perspicuum est ac manifestum e lingua communi profectum esse ὀδοῦ Sam. 5702 $_{36}$ (a. 346/5).

5. Etiam radicem γουν- »genu« (ex *γονϝ-) Iadis esse propriam clare demonstrant testimonia collecta ab Hoffmanno[5]). Ideo sine dubio κοινῆς est γόνατα, quod legitur in titulo Chio Zol. n. 19 $_{6}$ ab editore V ad finem vergenti aut IV saeculo assignato[6]).

§ 7. *De diphthongo αι.*

Αἰεί (ex *αἰϝεί)[7]) cum et in vetustioribus Ionicae terrae titulis usitatum sit et ab Herodoto constanter adhibeatur, genuina Iadis forma recte habenda est. Sed cum in Attico quoque sermone αἰεί iuxta ἀεί usurpatum esse neque ante medium fere IV saeculum breviori formae cessisse pernotum sit[8]), timeo, ne idem usus in Ionica fuerit dialecto ideoque dubito omne ἀεί, quod in Iadis inscriptionibus occurrit, κοινῆς adnumerare vestigiis. Nihilominus formae brevioris exempla liceat recensere.

---

1) cf. Hoffmann 412: »Vielleicht ist ὅλος = *sŏlos von οὖλος = *sŏlvos der Stammbildung nach ganz zu trennen«.

2) cf. Hiller v. Gaertringen ad tit: »καϑούλου sicher; wohl ein Rest des Jonismus«.

3) cf. Schulze, Qu. ep. 113 sqq.

4) p. 412 sqq.

5) l. l.

6) Haec inscriptio potius ad IV saeculum revocanda est.

7) cf. Hoffmann 526.

8) Thumb, Dial. 366.

Euboea	Cyclades	Asia
Saec. IV.	Saec. III.	
Eretr. 5310 $_{4}$ (ex.). 5315 (post.).	Amorg. IG XII, 7 n 387 $_{9}$. Ten. IG XII, 5 n. 801 $_{16}$. 802 $_{30}$. Ce. IG XII, 5 n. 647 $_{37.40}$. Ius IG XII, 5 n. 8 $_{5}$.	I. v. Pr. 11 $_{18}$. 18 $_{13}$. Mil. Ziebarth $_{3}$.
	Saec. II et rec.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 237 $_{60}$ (s. II/I).	I. v. Pr. 28 $_{5}$ (s. II in.). 108 $_{253}$ (s. II). 64 $_{7}$ (s. II). 56 $_{4}$ (s. II/I). 99 $_{4,8}$ (s. II/I). 105 pass. 106 $_{2}$. 112 $_{106}$. 111 $_{135.210}$. 122 $_{7}$ (s. I).

§ 8. *De vocalium apophonia.*

Hac in paragrapho formas et voces complectar, quae alium apophoniae gradum in Iade prae se ferunt, alium in dialecto Attica vel in sermone communi:

1) *ᾱ (= η) : ᾰ.

Attico η Ionicum ᾰ consentaneum est[1]) respondere in vocibus:

a) *ἀμφίσβᾰτος*, *-βᾰτέω*, *-βᾰσίη*. Itaque Hoffmanus[2]) genetivum *ἀμφισβητήσεος*, qui in titulo quodam legitur Panticapaeo[3]), optimo iure ad communem linguam referendum esse putat. Alterum exemplum est *ἀμφισβητουμένους* I. v. Pr. 42 $_{7}$ (post 133).

b) *λάψομαι* : *λήψομαι* cf. infra, ubi de coniugatione tractabitur.

2) ερ : $*\underset{\circ}{r}$ (= αρ).

a) *-θέρσος* in Ionicis nominibus propriis Attico *-θάρσος* satis constanter respondere scimus. Titulorum testimonia hoc loco afferre superfluum est, praesertim cum ab Hoffmanno diligenter sint enumerata[4]). Idcirco nomina recentiorum titulorum, quae stirpem *θάρσ-* continent, fortasse ad *κοινήν* sunt revocanda. Fortasse dico, neque enim altera absona videtur explicandi ratio: possunt nomina, de quibus agitur, non Ionicae esse originis, sed alia e dialecto Graecorum esse desumpta. Sed iam exempla sunt recensenda. Hoffmanno innotuit solum *Θαρριπίδου* Eretr. 5313 a $_{6}$

---

[1]) cf. Hoffmann 242.

[2]) l. l.

[3]) Latyschew, I(nscriptiones antiquae orae septentrionalis) P(onti) E(uxini) II n. 53. (? s. I p. Chr.).

[4]) p. 245.; cf. 293.

(s. IV ex.). Huic exemplo adicere liceat ex inscriptionibus nuper publici iuris factis: *Θαρσαγόρου* Ten. IG XII, 5 n. 872 $_{55}$ (s. III); *Θαρσαγόρας* Ten. IG XII, 5 n. 816 $_{32}$ (s. III). 817 $_{32}$ (s. II); *Θαρσύνων* Ten. IG XII, 5 n. 883 $_{20}$ (s. I). 885 $_{8}$ (s. I); *Θαρσ....* Ten. IG XII, 5 n. 886 (inc. aet.). Denique memoratu digna sunt nomina *Θερσε[ί]ους* Chi. Zol. n. 42 $_{15}$ (rec.) et *Θερσίωνος* Thas. IG XII, 8 n. 309 $_{15}$ (s. I), quae voces in recentissimis titulis quasi integra boni temporis vestigia remanserunt, nisi hyperionica ea habere mavis.

b) Pro Attico *ἄρσην* apud Herodotum paucis locis exceptis *ἔρσην* [1]) legitur, quod in omnibus fere cum Doricis tum Aeolicis dominatur dialectis [2]). Quae forma in titulis Ionicis nondum est deprehensa, contra forma *ἄρσην*, quae in bonae aetatis inscriptione Thasiaca occurrit (5455 a $_1$ =IG XII, 8 n. 358 a $_1$, a. 490—480), Iadis propria esse videtur, si minus unica, at certe ex vernaculis una [3]), in titulo enim ante a. 479/8 insculpto de Atthidis vestigiis cogitari vix potest [4]). Adde, quod *ἄρσην* etiam apud Homerum legitur (*Θ* $_7$). Quare formae recentiorum inscriptionum, quae *α* exhibent, Ionicae genuinae potius statuendae sunt, quam ad *κοινήν* referendae. Haec earum repperi exempla: *ἄρσενα* Amorg. IG XII, 7 n. 509 $_{44}$ (s. III). Thas. IG XII, 8 n. 441 (c. 100). 442 (inc. aet. rec.).

c) Etiam *ἄγαρρις* (**agr̥-*) Neap. 5272 $_{13, 14}$ (rec. aet.), cui in aliis Iadis fontibus pleni apophoniae gradus forma *ἄγερσις* respondet [5]), quamvis in serae aetatis titulo comparens, Ionicum vernaculum habendum est, non *τῇ κοινῇ* vindicandum [6]).

---

1) Formas *ἄρσην* et *ἔρσην* non nisi apophoniae gradu inter se differre et ad pristinam quandam declinationem esse revocandas (*ἔρσην, ἀρσενός*) recte censere videntur Fick Wörterb. I [4] 12 et Ioh. Schmidt KZ 25, 23. Opinio Hoffmanni, qui duas has voces aliam ex alia radice deducere est conatus (*ἔρσην*: zd. aršan »vir, mas«; *ἄρσην* ex **Ϝάρσην*: ved. vr̥šan̥ »viridis«), parum probabilis est; cf. Hoffmann 248.

2) Inter Doricas dialectos sola Laconica exhibet *α* (*ἄρρης* = *ἄρρην*) et Elidis bonae aetatis titulus SGDI n. 1152 $_2$, in quo legitur *Ϝάρρενορ*. Cf. Hoffmann 248; Smyth 138; Thumb, Dial. 100; Buck 41.

3) cf. Thumb, Dial. 346; Buck 64.

4) A. 492 Thasii Mardonio se subiciunt (Herod. VI, 44) et usque ad a. 479 in Persarum dicione sunt. A. 479/8 Persarum iugo liberata Thasus Atheniensium partes sequitur.

5) cf. Hoffmann 237.

6) cf. ibid.

§ 9. *De contractione.*

a) Ionicum ἤν = Atticum *ἐάν?*

ἤν »si«, quod ab inscriptionibus Atticis prorsus alienum est[1]), Iadis proprium ac peculiare fuisse e testimoniis ab Hoffmanno[2]) enotatis haud obscure apparet. Idem v. d. ἤν ex *ἐ(ι̯)άν (=εἰ ἄν) ducit, formas autem ἐάν, εἰάν aut Atticas censet, κοινῆς videlicet auctoritate in Iadem translatas, aut seros, qui dicuntur, neologismos[3]). Tertia denique usurpatur in titulis Ionicis forma ἄν, quam vv. dd. alii ex *ἠ ἄν ortam esse censent[4]), alii ex *αἰ + ἄν ducunt[5]).

ἤν, ἐάν (εἰάν), ἄν.

1) ἤν in his titulis occurrit:

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. V.	
—	—	Mil. 5497. Ephes. 5600. Chi. 5653. Zol. n. 21. Halic. 5726.
	Saec. IV.	
Amphip. 5282 (a. 357/6).	Thas. 5483.	Zel. 5532_{17}. Te. 5634.

2) ἐάν (ἐάμ), εἰάν (εἰάμ):

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. V.	
—	Amorg. 5370. Ce. IG XII, 5 n. 1100.	—
	Saec. IV.	
Olynth. $5285b_1$. Eretr. 5314. 5315.	Amorg. 5361. 5371. IG XII, 7 n. 3. 62 pass. 68. 69. 8 (s. IV/III).	Te. 5634. Zel. 5532. Erythr. 5689. Chi. 5655. 5663. Zol. n. 1. I. v. Pr. 362_{19}.
	Saec. III et III/II.	
—	Amorg. IG XII, 7 n. 67 pass. 221_{20}. 223_8. 225_5. 227_9. 509. Mycon. 5416. Ce. 5404 = IG XII, 5 n. 572_{18}. 595 B_{19}. Ten. IG XII, 5 n. 798.	Ephes. 5597. Mil. Zieb. $_{18}$.

---

1) cf. Meisterhans ³ 255.

2) p. 459.

3) cf. ibid.: »Die selten vorkommende Form *ἐάν, εἰάν* ist entweder attischen Ursprungs oder eine spätere Neubildung«.

4) Brugmann Gr. Gr. ³ 534.

5) Ehrlich KZ 38, 86. Qui vv. dd. de omnium huius particulae forma-

Saec. II et rec. aet.

Neap. 5272.	Ten. IG XII, 5 n. 819. 826. 832. 838. Ius IG XII, 5 n. 1012. Amorg. IG XII, 7 n. 237_{32}. 515 pass.	I. v. Pr. 28_{35}. 105_{20} (c. 9). Chi. Zol. n. 9.

3) ἄν invenitur in titulis:

Orop. 5339 (s. V/IV).	Ce. 5399 (s. IV pr.). Thas. 5464 (s. III).	SGDI 5789[1] (? s. III).

ἤν : ἐάν (εἰάν) : ἄν.

s. V	s. IV et IV/III	s. III et III/II	s. II et rec.
14:2:0	8:22:5	0:20:3	0:18:0

b) ω pro Ionico εω.

Nomen dei *Ποσειδεῶν* in mera Iade contractionem non est perpessum[2]). Itaque *κοινῆς* esse videntur formae *Ποσειδῶνος*, *Ποσειδῶνι*, *Ποσειδῶ* (acc.), quae in his titulis reperiuntur:

Cyclades	Asia
Saec. III et III/II.	
Ten. IG XII, 5 n. 800. 802 pass. 812_{5}. 927.	Sinop. 5534_{3} (sed ibid. $_{10}$ *Ποσειδεῶνι*). I. v. Pr. 199 (s. III). 200 (s. III). 201_{7} (= 5582. c. 200). 202_{2} (c. 200).
Saec. II et rec. aet.	
Amorg. IG XII, 7 n. 515_{90} (s. II ex.). Ten. IG XII, 5 n. 819_{30}. 830_{17}. 832_{30}. 837_{14}. $841_{10,16}$. $836_{3,7}$. 864_{25}. 866_{20}. 919_{3}. 921_{4}. 922. $925_{3,5}$.	Erythr. Wilam. n. $12_{35,66}$. I. v. Pr. 116 (s. I).

c) ᾱ pro Ionico εᾱ:

1. Usum Ionicum inter formas *μνεᾱ-* »mina« (ex **μνηϝᾰ-*), *μνεη-* (ex **μνεϝη-*), *μνῆ* (ex *μνέη*) fluctuasse perinde atque inter *γεᾱ-*, *γέη*, *γῆ* liquet e testimoniis, quae congesta reperies apud Hoffmannum[3]).

---

rum origine tractant. Cf. etiam I. Schmidt KZ 36, 408 nota; Wackernagel, Beiträge zur Lehre v. griech. Akzent p. 13; Schweizer 45.

[1]) titulus repertus in vico Lyciae, qui vocatur Lewissi.

[2]) apud Hdt. *Ποσειδεῶν, -εῶνος, -εῶνι, εῶνα* cf. Hoffmann 523.

[3]) p. 513.

Quare dubito Hoffmannum[1]) sequi et Bechtelium[2]), qui formam *μνᾶς* (acc. pl.) in titulo Thasiaco **5461** $_{11}$ (a. **411**) obviam, *κοινῇ* addicunt; quis enim pro certo affirmare audebit accusativum illum ad nom. *μνᾶ* (Att.) revocandum esse, non *μνῆ* (Ion.), praesertim cum in titulo V saeculi mera Iade perscripto occurrat? Contra acc. sg. *μνᾶν*, quem repperi in recentibus titulis Amorg. IG XII, **7** n. **68** $_{6}$ (s. IV). **67** $_{5}$ (s. III/II). **515** $_{64}$ (s. II). I. v. Pr. **123** (s. I) e communi lingua invasisse manifestum est.

d) *Ἀθηνᾶ* pro Ionico *Ἀθηνάη*:

Vere Ionica Minervae nomina sunt: *Ἀθηναίη*, *Ἀθηνάη*, *Ἀθήνη*[3]); *Ἀθηνᾶ* autem Attico modo contractum Atthidi tribuendum videtur, praesertim cum nisi in recentioribus titulis non reperiatur[4]).

Cyclades	Asia
	Saec. IV.
—	*Ἀθηνᾶς* Sam. 5701[5]). I. v. Pr. 3 $_{20}$ (c. 334). 4 $_{39,\ 57}$. 6 $_{29}$. 8 $_{46}$. 9 $_{8}$. 160.
	Saec. III.
Ἀθηνᾶς Amorg. IG XII, 7 n. 241 $_{4}$. 386.	*Ἀθηνᾶς* Erythr. 5692 b $_{32}$ c $_{3}$. I. v. Pr. 17 $_{48}$. 18 $_{31}$. 20 $_{5}$. 21 $_{5,\ 25}$. 31 $_{8}$. 33 $_{5}$. 57 $_{18}$. 59 $_{3}$ (c. 200).
Saec. II et rec.	
Ἀθηνᾷ Amorg. IG XII, 7 n. 35 $_{9}$. *Ἀθηνᾶς* IG XII, 7 n. 229. Par. IG XII, 5 n. 1029 (inc. aet.).	*Ἀθηνᾶς* I. v. Pr. 108 $_{260}$. 109 $_{180}$ (c. 120). 162. 44 $_{29}$. 53 $_{73}$. 54 $_{55,\ 88}$. 70 $_{21}$ (c. 100). 164. 165 (s. I). *Ἀθηνᾷ* I. v. Pr. 113 $_{85}$ (c. 84). 119 $_{15}$ (s. I).

B) De consonantibus.

§ 10. De consonis geminatis.

ττ pro Ionico *σσ*:

Ionicam dialectum ea re ab Atthide differre, quod pro *τ* geminato (*ττ*) duplicatum *σ* (*σσ*) ponere solet, consentaneum est[6]). Titulorum, qui

---

[1]) l. l.

[2]) SGDI p. 597 ad tit.

[3]) testimonia reperies apud Smythium 191.

[4]) cf. Smyth l. l.: »*Ἀθηνᾶς* (gen.) is not certainly Ionic.«

[5]) ubi dialectum a cleruchis Atticis inquinatam esse recte monet Bechtel ad tit.

[6]) cf. Hoffmann 574.

contra hanc Iadis legem principalem ττ exhibent, duo genera distinguenda sunt. Etenim vetustiore aetate exaratae inscriptiones Euboicae vicinae cuiusdam dialecti auctoritatem subiisse videntur: Atticae[1]) aut Boeoticae[2]), in recentiores autem cum in insula Euboea ortas tum in una de reliquis Ionum sedibus incisas, geminatum illud τ e communi sermone irrepsisse summa cum probabilitate affirmare licet. Ad Boeoticam igitur vel potius ad Atticam dialectum revocanda videntur:

ἔλαττον Orop. **5339** $_{5.22}$ (s. V/IV); *ἐκπρηττόντων* Eretr. **5314** $_{6}$ (s. IV pr.); *πρηττόντων* Eretr. **5315** $_{45}$ (s. IV med.); *πρ[ή]ττεσθαι* ibid. $_{34}$ [3]). *Κοινῇ* autem irruenti haec assignanda esse puto:

Cyclades	Asia
Saec. IV et IV/III.	
πράττοντας Amorg. IG XII, 7 n. **69** $_{38}$ (s. IV/III), (sed *πράσσοντες* ibid. $_{50}$).	*ἔπραττε* Chi. Zolot. n. **2** $_{16}$ (s. IV). *πράττειν* Olb. **5547** $_{30}$ (s. IV pr.). *δεκατέτταρα* I. v. Pr. **4** $_{16}$ (c. **332**). *πράττων* ibid. $_{18}$.
Saec. III et rec.	
προστάττ[ειν] Amorg. IG XII, 7 n. **387**. *τέτταρες* Ten. IG XII, 5 n. **872** $_{27}$. *τέτταρας* Ius. IG XII, 5 n. **1005** $_{5}$. *θάλατταν* Ten. IG XII, 5 n. **872** $_{82}$. (omn. s. III). *πράττων* Ten. IG XII, 5 n. **817** $_{11}$ (s. II). *κρείττονα* Ten. IG XII, 5 n. **860** $_{30}$ (s. I). *ἧττον* ibid. $_{47}$. *τέτταρακ...* Ten. IG XII, 5 n. **878** (inc. aet.). *Βίττων* Ten. IG XII, 5 n. **880** $_{9}$ (inc. aet.).	*πράττων* I. v. Pr. **24** (c. **260**). **44** $_{12}$ (s. II). *ἐλάτονος*[4]) Erythr. Zol. n. **5** $_{16}$ (inc. aet.).

Nec tamen sibilae geminatae (σσ) in titulis recentioribus desunt; unde patet hunc ionismum in linguam communem receptum esse, quod a viris doctis non solum observatum est[5]), sed etiam egregie explicatum[6]).

---

[1]) Hanc opinionem Bechtelii, Ion. Inschr. p. 37 sequitur Hoffmann 574.

[2]) quam sententiam protulit Fick, Gött. Gel. Anz. 1883 p. 125; cf. Thumb, Dial. 352.

[3]) *πράττων* Eretr. 5310 $_{4}$ (c. 309/8) nescio, utrum huc referam an potius vulgari adscribam linguae, quam in eadem voce α purum manifesto arguit.

[4]) unum τ pro duplicato!

[5]) cf. Kretschmer, Entstehung 26 sq.; Thumb, Hellen. 78 sq.; Nachmanson 95; Witkowski, Eos l. l. 147; Dienstbach 96 sqq.

[6]) cf. Thumb l. c.; Nachmanson 96.

Pauca affero exempla Amorgina et Prienaea: ἧσσον IG XII, 7 n. 66 $_9$ (s. III); IG XII, 7 n. 515 $_{27}$ (s. II); ibidem $_{85}$ legitur τάσσων; διαφυλάσσοντα I. v. Pr. 61 $_{26}$ (s. III); τεσ]σαράκοντα I. v. Pr. 84 $_4$ (s. II); πράσσων I. v. Pr. 99 $_8$ (c. 100). 117 $_{59}$ (s. I); τέσσαρας I. v. Pr. 108 $_{109}$ (post 129); φυλασσομένης I. v. Pr. 112 $_{18}$ (p. 84); γλῶσσαν I. v. Pr. 174 $_9$ (s. II).

CAPUT III.

Morphologia.

A) De nominum declinatione.

§ 1. De stirpibus in -ᾱ exeuntibus.

1. ᾱ purum in titulis Ionicis vel certissimum esse κοινῆς vestigium iam supra memoravi[1]). Itaque terminationes primae declinationis, quae hanc vocalem pro Ionico η prae se ferunt, vulgari linguae tribuendas esse demonstrare supervacaneum est. Quia autem in tanta, quae nobis praesto est, exemplorum congerie omnia afferre et incommodum est et parum lucrosum, numeros tantum in laterculis ad calculos vocabo.

a) η : ᾱ in desinentiis fem. I decl.

Regio	s. V et V/IV	s. IV	s. IV/III	s. III	s. III/II et rec.
Euboea	7:0	11:4 =c.73%:27%	1:0	—	—
Cyclades	7:1	13:11 =c.54%:46%	2:7 =1:3·5	1:10	2:89 =1:44
Asia	6:0	29:13 =c.69%:31%	1:2	7:29 =c.1: 4	0:55
summa:	20:1	53:28 =c.65%:35%	4:9 =c.1:2	8:39 =c.1: 5	4:99 =c.1:25

Inter femininas igitur primae declinationis voces, quarum terminationes η exhibent, easque, quae κοινῇ iam inquinatae ᾱ purum prae se ferunt, hanc intercedere apparet rationem: Bona Iadis aetate, h. e. quinto saeculo (ut vetustissima praetermittam exempla), η fere solum usurpatur (20:1), saeculo IV ᾱ iam comparet eiusque exemplorum numerus dimidio

---

[1]) p. 18.

fere minor est numero exemplorum vernaculae vocalis *η*. In titulis, quorum aetas inter s. IV ad finem vergens et iniens III vacillat, diversa est ratio: nimirum *η* exemplorum numerus dimidio fere minor est numero exemplorum *ᾱ* puri (4:9). Qui atticismus adeo magis magisque increbrescit, ut saeculo III quinquies iam vocalis *η* numerum superet, inde ab eo autem saeculo (III) vernaculi illius *η* vestigia animadvertantur exilissima.

b) η : *ᾱ* in desinentiis masc. I. declinationis [1]).

Regio	s. V et V/IV.	s. IV et IV/III	s. III et rec.
Euboea	12:0	1:34	0: 2
Cyclades	(4:4=) 1:1	(20:8=) c. 2·5:1	0:25
Asia	4:0	12:17	1: 8
summa:	(20:4=) 5:1	(33:52=) c. 5:7	1:35

E laterculo apposito elucet rationem, quae inter *η* et *ᾱ* purum intercedit, in universum non abhorrere ab ea, quam in nominum femininorum formis supra vidimus [2]).

2. Genetivi singularis masculinorum in -*ης* desinentium genuina terminatio Ionica est -*εω*, quae persaepe in -*ω* contrahitur [3]); -*εω* autem ex -*ηο* originem ducere testatur *Δεινοδίκηο* in titulo quodam sexti saeculi obvium [4]). Praeter has peculiares Iadis desinentias in titulis inde a IV saeculo aliae leguntur duae [5]): *a)* terminatio -*ου*, *b)* terminatio -*ᾱ*.

a) Desinentia Attica -*ου* quin per communem linguam in Ionicas penetraverit inscriptiones, dubitari non potest.

Est autem praesto in his nominibus:

Euboea	Cyclades	Asia
	Saec. IV.	
Χαρίου Eretr. **5313** pass.	*Τιμανδρίδου* Thas. **5478** b $_{6}$.	*Εὐαλκίδου* Ias. **5524** $_{6}$ (pr.).
Ξενοκλείδου ibid. a $_{5}$.	*Πυθαγόρου* Thas. **5479** a $_{10}$.	*Ἱεροιτάδου* ib. $_{11}$.
Φιλιστίδου ib. a $_{14, 28}$.		*Ἀπολλωνίδου* ib. $_{20}$.
		Λυσανίου Magn. **5737** $_{10}$.

---

1) Collectionis I. v. Pr. hoc in conspectu (laterc. *a)* et *b)*) non habui rationem.

2) p. 38 sq.

3) cf. Smyth 342.

4) Bechtel, Inschr. d. ion. Dial. n. 23 1/2; cf. Fuochi 237.

5) omittam terminationes -*εος* et -*ευς*, quae et ipsae inde a IV saeculo apparent et per analogiam e declinatione, quae dicitur tertia (et quidem stirpium in -*εσ*-), profectae esse videntur.

Χαρμίδου ib. pass.
Μνησίου ib. a $_{30}$.
Ἐμμενίδου ib. a $_{44.\ 65}$.
Αἰνέου ib. a $_{49.\ 58}$.
Τηλέου ib. a $_{62}$.
Κηφιρίου ib. a $_{64}$.
Κλεαρχίδου ib. a $_{65}$.
Τελερίου ib. b $_{119.\ 126}$.

Φιλιστίδου ib. b $_{5}$.

Ἑρμίου Erythr. **5689.**
Ἀ]*ντιαγόρου* Cyzic. **5524.**

Saec. III.

—

Τιμαγόρου Par. **5440** $_{5}$.
Μολπαγόρου Amorg. IG XII, 7 n. 335.
Ἡρακλείδου Ten. IG XII, 5 n 872.
Σιμίου ib. $_{55.\ 65}$.
Ἀρχαγόρου ib. $_{101}$.
Ἀριστείδου Thas. IG XII, 8 n. 293.
Παγκρατίδου ib. $_{10}$.
Λυσαγόρου ib. $_{17}$.
Ἐπιδωρίδου ib. $_{22}$.

Ἑρμοῦ Te. **5634** $_{23}$ (s. IV/III). Erythr. **5692** (c. 278). Mil. Ziebarth $_{32}$ (c. 210).
Φαναγόρου Erythr. **5692** b $_{56}$.
Πυθέου ib. c $_{15}$.
Καλλίου ib. c $_{20}$.
Ἡγησίου I. v. Magn. 5 $_{7}$ (= 5739).

Haec hactenus; ceterorum testimoniorum (aetatis recentioris), quae longum est enumerare, in laterculo rationem habebo.

-εω (*-ω*) : *-ου*.

s. V	s. IV	s. III	s. II et rec.
27:0	28:28 (=1:1)	37:20 (=c. 2:1)	8:80 (=1:10)

Laterculo, quem apposui, luculenter demonstratur ratio, qua genetivi Ionicus et Atticus, inter se certaverint. Sexto et quinto saeculo forma vernacula nullum adversarium habet, saeculo quarto aequo pugnatur Marte (1:1), inde a tertio demum saeculo Atthidis desinentiam iam victricem in dies incrementa capere et germanam Ionicam de medio tollere videmus.

b) Genetivi in *-ᾱ* exeuntes Doricae originis sunt[1]). Sed solum *Μανίτᾱ*, quod in titulis Mylasensibus occurrit, ipsa e Doride ductum ac receptum videtur, siquidem in inscriptionibus illis urbis Cariae, Doriensium

---

[1]) cf. Erman 302; Fuochi 238; Witkowski, Eos XI p. 147.

sedibus vicinae, dorismi saepius apparent[1]). Quid autem de eadem huius genetivi forma in aliarum regionum titulis obvia iudicandum sit, ut in Thasi insulae inscriptionibus, iam Ermanus in medio reliquit. Qua in re dubia duo mihi haud neglegenda videntur: 1) omnes titulos illos recentioris esse aetatis, 2) desinentiam gen. sg. masc. *-ᾱ κοινῆς* quoque propriam esse. Quae cum ita sint cumque formae infra allatae Ionicae certe esse non possint, praesertim cum in vetustioribus eiusdem regionis (e gr. insulae Thasi) titulis vulgares genetivi Ionici in *-εω* exeuntes passim legantur, nihil obstat, quin formas illas communi tribuam linguae. Exempla in titulis Ionicis a Bechtelio collectis obvia (excepto Mylasio, quod supra commemoravi) haec sunt:

Cyclades

Χαιρέᾱ Thas. 5480 a $_{6}$ (s. III/II).
Πειθίᾱ Thas. ibid. a $_{11}$.
Ἀρχέλᾱ Par. 5437 $_{10}$ (s. II).
Χαιρέλᾱ Ten. 5492 passim (s. II).
Ἀναξίλᾱ Thas. Inschr. n. 20 a $_{15}$ (s. II).
Χαιρέᾱ Thas. 5481 a $_{10}$ (inc. aet.).

Asia

Μεννέᾱ Ias. 5515 $_{14.\ 26}$ (s. IV).
Ἀμύντᾱ ibid. $_{21.\ 24}$.
Διονυτᾶ ibid. $_{28}$.

Laterculum appono, in quo ceterorum quoque titulorum Ionicorum testimonia ad calculos vocavi.

-ᾱ : *-ου*.

s. IV	s. III	s. II et rec.
7:28 (=1:4)	8:20 (=1:2·5)	14:80 (=c. 1:6)

Liquet igitur inde a IV saeculo duabus novis gen. sg. formis irruentibus Iadem patuisse et quidem ita, ut genetivus Atticus multo usitatior esset Dorico, quocum de principatu contendebat[2]). Exempla gen. in *-ου* et *-ᾱ* nobis ad oculos fere ponunt, quomodo in communi illa lingua variae dialecti inter se misceantur.

---

[1]) Erman ibid.; cf. etiam Thumb, Dial. 306.

[2]) Qua de *κοινῆς* affectione cf. Schweizer 139; Hatzidakis, Einleitung 77 sq.; Schmid, Woch. f. klass. Phil. 1899, 542; Dieterich, Untersuchungen 171 sq.; Thumb, Hellenismus 44, 66; idem, Dialekte 355; denique Nachmanson 120, qui de causa, cur gen. in *-ᾱ* a vulgari lingua arrogatus sit, haec profert: »(Es) erscheint in Magnesia der ursprünglich dorische Genetiv auf *-α*, dessen Verbreitung in der *κοινή* durch die Ausgleichungstendenzen dieser Sprache im Gebiet der Deklination begünstigt war«.

3. Genetivus sg. Ionicus femininorum terminationem -*ης* exhibet; formae, quae in -*ᾱς* cadunt, *τῇ κοινῇ* addicendae sunt Testimoniorum supra in laterculo rationem habui[1]).

4. Dativi sg. et masculini et feminini generis desinentia Attica -*ᾱι* (*ᾳ*) in recentioribus titulis obvia quin vulgari debeatur dialecto, nequit dubitari.

5. Accusativi sg. cum masculinorum tum femininorum in -*ᾱν* exeuntes item aperta *κοινῆς* vestigia statuendi sunt.

6. Desinentiam genetivi pluralis -*έων* contractam invenimus apud Iones praecedente vocali iam V saeculo ineunte[2]). Quare terminatio -*ῶν* non nisi post consonas, ubi inde a IV demum saeculo medio apparet, gliscentis *κοινῆς* indicium haberi potest. Afferuntur exempla.

Cyclades[3])	Asia
Saec. IV.	
πολιτῶν Amorg. IG XII, 7 n. 5$_{5}$ (c. 357). *Ἰητῶν* Ius IG XII, 5 n. 1002$_{3}$. 1003$_{5}$. 1004$_{7.8}$. *πρεσβευτῶν* Ius IG XII, 5 n. 1004$_{3}$. *δραχμῶν* ib.$_{11}$.	*πολιτῶν* Ephes. 5589$_{7}$ (ex.). *Σινδῶν καὶ Μαϊτῶν* Phanag. 5647$_{5}$. *ἁπασῶν* Chi. 5655$_{18}$. *κοινωνουσῶν* ibid.$_{18}$. *φυλετικῶν* (*γεῶν*) ib.$_{18}$.
Saec. III.	
δραχμῶν Ius IG XII, 5 n. 1010$_{1}$. *Ἰητῶν* ib.$_{5}$. 1011$_{8}$. *ἰδιωτῶν* ibid.$_{4}$. *Ἡρακλειδῶν* Ten. IG XII, 5 n. 872 pass. *οἰκουσῶν* Mycon. 5416$_{22}$ (s. III/II). *Μινοτῶν* Amorg. IG XII, 7 n. 222$_{4.6}$ (s. III/II).	*δραχμῶν* Ephes. 5592$_{1}$. *Ἐρυθρῶν* Erythr. Wilam. n. 13 (ex.). *Μουσῶν* Mil. Ziebarth$_{25}$ (c. 210). *στεφανιτῶν* Mil. Ziebarth$_{51}$. *ἡμερῶν* ibid.$_{79}$. *Μασσαλιητῶν* Massil. 5629 (c. 200).
Saec. II et rec.	
θιασιτῶν Ten. 5492$_{60}$. *Ἡρακλειδῶν* ibid.$_{65}$. *Ἡγεσιλειδῶν* ibid.$_{77}$. *Νησιωτῶν* Ten. IG XII, 5 n. 824$_{34}$. *τιμῶν* ibid.$_{38}$.	*Νειλειδῶν* Mil. 5501$_{6}$ (sed ibid. *Τιχιεσσέων*!). *Πελαγωνιδῶν* ibid.$_{10}$. *πολιτῶν* Tom. 5545$_{18}$. *πυλῶν* ibid.$_{15}$.

[1]) p. 38.

[2]) cf. *θυῶν ἑκαστέων* (nb.!) Mil. 5495$_{44}$ (c. 494).

[3]) in Euboeae titulis unicum repperi *Νευπολιτῶν* Neap. 5274$_{4}$ (s. IV).

Ἡρακλειδῶν Ten. IG XII, 5 n. 863 $_{18.\,20}$. θυσιῶν ibid. $_{22}$.
πολιτῶν Ten. IG XII, 5 n. 860 $_{4}$. Amorg. IG XII, 7 n. 388 $_{13}$. Βασιλειτῶν ibid. $_{16}$.
εὐεργετῶν Amorg. IG XII, 7 n. 515 $_{94}$.
δικαστῶν Thas. IG XII, 8 n. 269 $_{4}$.
Μινοητῶν Amorg. 5384 $_{2}$.
στρατιωτῶν Prien. 5581 $_{15}$.
Δημητριαστῶν Ephes. 5605 $_{5}$.
τῶν τελῶν Te. 5633 $_{2}$.
πολιτῶν Erythr. Zolot. n. 6 $_{39}$. δραχμῶν ibid. $_{38}$.
Τοττειδῶν Chi. Zolot. n. 8.
Ἀπολλωνιητῶν Chi. Zolot. n. 34 pass.

-εων : -ῶν (gen. pl. I decl.).

Regio	s. V et V/IV	s. IV et IV/III	s. III et rec.
Euboea	—	6:1	1: 0
Cyclades	3:0	6:6	0: 7
Asia	10:1	18:5	7:19
summa:	13:1	40:12 (c. 3:1)	8:26 (= c. 1:3)

7. Dativum pluralis primae, quae vocatur, declinationis in -ῃσι (-ησι), -αισι, finxisse Iones omnibus fontibus nostris luculenter evincitur. Inscriptionum testimonia praesto sunt apud Smythium [1]). Sed ne abbreviatae quidem dativi formae in -αις desinentes prorsus ab Iade alienae haberi possunt [2]). Immo vero in titulis Euboicis iisque vetustis terminatio -αις vernacula est atque sola usurpatur ita, ut in huius insulae inscriptionibus -αισι legatur nusquam. Cave igitur omnes brevioris scripturae dativos ad κοινήν referas irrepentem, nisi aliis certioribus indiciis titulum quendam communi linguae patuisse apparebit [3]). Exemplis a Fritschio [4]) et Smythio [5]) congestis plura adicere supervacaneum est.

§ 2. *De substantivis in -ᾰ desinentibus.*

Att. ἀτέλειᾰ, εὔνοιᾰ, ἱέρειᾰ sim. = Ion. ἀτελείη, εὐνοίη, ἱερείη sim.

Desinentias nominativi et accusativi sg. stirpium nonnullarum in -εṷ- (-εϝ-) et -εσ- exeuntium femininas (ut ἀλήθειᾰ ex * ἀληθεσ-ι̯α,

[1]) p. 364 sq.
[2]) cf. Thumb, Dialekte 354.
[3]) cf. e. gr. Bechtel ad Ce. 5398: »Diese Form (ταύταις) ist aus dem Attischen eingedrungen«.
[4]) Vokalism. 33 sqq.
[5]) p. 364 sq.

*ἱερηϝ-ια = Att. ἱέρειᾰ sim.) in dialecto Ionica fuisse -ιη et -ιην, quibus Atthidis respondent -ιᾰ et -ιᾰν, litterae testantur et grammatici antiqui[1]). Nomina, quae huc spectant, cum propria tum appellativa, praecipue quae vocantur abstracta, ab Herodoto sic usurpata, enotavit ad editionem suam Stein[2]). Eundem fere esse usum Homericum inter omnes constat[3]). Cum tamen hac in terminatione η vocalis non Attico α longo respondeat, sed brevi, videri potest ad aliorum vocabulorum sive formarum (ut σοφίη, αἰτίη) similitudinem a poetis et scriptoribus immutata esse sive hyperionica. Res venit ad lapidum testimonia: Karsten[4]) accusativum ἀτελείην prisci tituli Cyziceni 5522 b $_3$ (s. VI) ionismum Cariae tantum peculiarem aestimavit, cum tempore illo, quo commentationem suam in lucem protulit (a. 1882), in nullo alio titulo Ionico huius generis exemplum praesto fuisset. Cuius opinionem iam Smyth impugnavit[5]), etsi caruit inscriptionum testimoniis, quibus sententiam suam corroboraret. Ad hanc quaestionem si non disceptandam, at certe illustrandam discrimen dare videntur mihi tituli Magnesiae 5737 $_{16}$ (s. IV ex.) et I. v. Magn. n. 2 $_{14}$ (s. IV/III), ubi accusativi ἀτελείην occurrunt, necnon testimonia, quae a Thumbio[6]) afferuntur: ἀτελείη Mil. 5495 (ante 494); ἀτελέη loci ignoti 5793 (s. V pr.); Ἡδέη Phanag. 5652[7]) (? s. IV). Fortasse hae quoque huc referendae sunt formae: dat. ἱερῇι Mil. 5496 (s. IV); ἱερῇ (ex *ἱερέη)[8]) Prien. 5584 = I. v. Pr. 173 (s. III pr.); gen. ἱερῆς Par. 5437 (s. II). Quae cum ita sint, duplex conclusio elici potest: aut Ionicam dialectum duas formas habuisse (et in -είη et in -ειᾰ) aut solas -είη exhibentes formas Iadis putabimus proprias, correptas autem terminationes (-ειᾰ) ad κοινήν referemus.

Exempla affero.

---

1) cf. Smyth 338; Thumb, Dial. 354.

2) Herodotos erkl. v. H. Stein, I, 1. Berol. 1901, p. LXIV.

3) cf Kühner-Blass, Griech. Gramm. ^{3} I, 373.

4) p. 18.

5) p. 175, ubi legitur: »no other exemple of ἀτελείη occurs upon Ionic inscriptions, though it is regular Ionic form...«

6) Dialekte 354 sq.

7) = Latyschew IPE II n. 370; cf. ibid. ad tit. (p. 196): »Si in lapide re vera fuit scriptum *HΔEH* pro *HΔEIH* et in genetivi terminatione *O* pro *OY*, titulus ad IV a. Chr. saeculum erit referendus; cui aetati nomina quoque conveniunt mere Graeca«.

8) Fortasse tamen forma *ἱερέη Attico ἱερεία respondet, cf. W. Schulze, Qu. ep. 488 sq.; Thumb l. l.

Euboea

ἀτέλεια Eretr. **5311 a** $_4$ (s. IV). Orop. **5338** $_6$ (s. IV).

ἀσφάλειαν Eretr. **5309** (s. IV).

ἀσυλίᾱν [1]) (? *-ᾰν*) Orop. **5338** (c. **335**).

Cyclades

εὔνοιαν Amorg. IG XII, 7 n. **241** (s. III). **506** $_{18}$ (s. III).

ἐπιμέλειαν Amorg. IG XII, 7 n. **506** $_{18}$ (s. III).

Ἀλεξάνδρειαν ibidem $_{55}$.

ἱέρεια Amorg. IG XII, 7 n. **237** $_{21}$ (s. II/I).

Asia

δασέαν Mil. **5497** $_{2,\ 26}$ (s. IV ex.).

ἀτέλειαν Erythr. **5686** $_6$ (s. IV in.). **5687** $_9$ (c. **350**). Zel. **5533** a. b. c. d. e. (post **334**). I. v. Pr. **3** $_{10}$ (c. **334**). **2** $_9$ (a. **334**). **4** $_{36}$ (c. **332**). **6** $_{15}$ (c. **330**). Ephes. **5589** $_5$ (a. **302/1**).

ἐπιμέλειαν I. v. Pr. **8** $_{31,\ 68}$ (c. **328**). **14** $_4$ (c. **286**). **19** $_{8,\ 55}$ (s. III). **21** $_{20}$ (**270—262**). **57** (s. III). **61** $_{20}$ (s. III). **23** $_{18}$ (s. III). **44** $_{23,\ 31}$ (s. II). **81** $_7$ (c. **200**). **47** $_{26}$ (c. **200**). **108** $_{217}$ (c. **129**). Erythr. Zol. n. **6** $_8$ (rec. aet.).

εὔνοιαν I. v. Pr. **8** $_6$ (c. **328**). **15** $_{10}$ (c. **286**). **14** $_{12}$ (c. **286**). **61** $_{28}$ (s. III). **59** $_{29}$ (c. **200**). **63** $_{14}$ (c. **200**). **47** $_{25}$ (c. **200**). **108** $_{44}$ (s. II). **50** $_{19}$ (s. II). **71** $_{34}$ (s. II).

ἀτέλειαν Ephes. **5591** $_{13}$ (a. **299**). I. v. Pr. **364** $_7$ (s. III). **12** $_{24}$ (s. III). **13** (s. III). **26** $_{11}$ (s. III). **18** $_{5,\ 24}$ (s. III). **83** $_6$ (s. II). **109** $_{250}$ (c. **120**). **108** $_{324}$ (c. **129**).

εὐσέβειαν I. v. Pr. **109** $_{138}$ (c. **120**).

δαψίλειαν Erythr. Zol. n. **6** $_{18}$ (inc. aet. rec.).

Ὑγίεια Chi. Zol. n. **95** (inc. aet.).

§ 3. *De stirpibus in -o exeuntibus.*

Hac in declinatione memorabilis est tantummodo dativus pluralis. Est quidem *-οισι* usitata Iadis terminatio, sed non ubique sola dominatur. Atque de ratione, quae inter *-οισι* et *-οις* intercedit, idem fere iudicium est ferendum, quod supra protuli de dativi plur. primae declinationis

---

[1]) cf. Hoffmann 308.

[2]) cf. Hoffmann ibid.

[3]) sed ibid. *προεδρίην, οἰκίην, δασείης!*

desinentiis. Discrimen in eo tantum positum est, quod -*αισι* (-*ῃσι*) in Euboeae monumentis epigraphicis nusquam reperitur, -*οισι* semel occurrit in Olynthi, coloniae Euboicae, titulo **5285** a $_4$ (a. 389/83), ubi legitur *ἀλλήλοισι* [1]). Quod unicum exemplum non levis ponderis mihi videtur, cum inde haud difficulter perspiciatur formas dativi (vel potius locativi) in -*αισι* (-*ῃσι*), -*οισι* exeuntes in tota Iadis provincia pristinas esse, easque in Euboea Atticae vel Boeoticae dialecti auctoritate iam antiquissimis temporibus formis abbreviatis cessisse [2]), in reliquae autem Ionicae terrae dialecto diutius munere functas communi demum sermone gliscente evanescere coepisse [3]). Testimonia afferam vetustiora (V et IV saeculi).

a) -*οισι(ν)*:

Euboea	Cyclades	Asia
ἀλλήλοισι Olynth. **5285** a $_4$ (a. **389—383**).	—	*στεφανηφόροισιν* Mil. **5495** $_{15}$ (in. s. V). *ἱερηίοισιν* ibid. $_{33}$. *Τηίοισιν* Te. **5632** a $_2$ (c. 470). *Ἀνθεστηρίοισιν* ib. b $_{32}$. *Ἡρακλείοισιν* ib. b $_{34}$. *Δίοισιν* ib. b $_{34}$. *τοῖσιν* Cyzic. 5522 b $_{2, 3}$ (? s. V). *ἐκγόνοισιν* ibid. $_3$. *βροτοῖσ᾽ ἐσορᾶν* Sam. Inschr. d. ion. Dial. n. 215 (c. 470). [*Δ*]*ιοσκούροισι* Naucrat. **5769** (inc. bonae aet.).

b) -*οις*:

Euboea	Cyclades	Asia
τοῖς ἄθλοις Cumae **5265** (vetust.). --*πίοις* Chalcid. **5291** (s. V). *ἀ*]*ντιδίqοις* ibid. $_{13}$. *ἑκάστοις* Orop. **5339** $_{16}$ (a.	*τοῖς* Par. **5433** $_{25}$ (s. V ex.). *λευκοῖς* Ce. 5398 $_3$ (p. 420). *ἀξίοις* ibid. $_5$. *τοῖς* ib. $_5$.	*τοῖς* Halic. **5726** $_{10}$ (ante **454**). *τοῖς θεοῖς τούτοις* Halic. **5727** a $_4$ (? s. V). *Κότοις* ibid. a $_{16}$. *Πουνομούοις* ib. a $_{21}$.

---

[1]) cf. Thumb, Dial. 354.

[2]) cf. Fritsch Vokalismus 34: »Es ergibt sich also, daß im Chalkidischen ebenso wie im Attischen von den ältesten Zeiten an -*οις* neben -*οισι* gesprochen ward... Es ist dies also wieder ein Punkt, in dem das Attische dem Chalkidischen näher steht, als dem östlicheren Ionisch«.

[3]) cf. ibid.: »Auf den Kykladen ist vielleicht schon Ende des 5. Jhr. -*οισι* dem -*οις* gewichen. Asiatisch scheint um 470 v. Chr. noch -*οισι* allein zu herrschen, Ende des Jhr. ist es verschwunden«.

411—377). τοῖς νόμοις ibid. $_{17.\,39}$. αὐτοῖς Eretr. 5310 (s. IV ex.). τοῖς ἄλλοις ib. $_{14}$. τοῖς ib. $_{10}$. οἷς ib. $_{16}$. πρώτοις ib. $_{15}$.

τοῖ[ς εἱματ]ίοις ib. $_{7/8}$. τοῖσδε Thas. 5483_2 (s. IV). οἷς Amorg. 5361 (s. IV).

τοῖς Ἀπολλωνίοις Mil. 5497_9 (? s. IV ex.). τοῖς καιροῖς Ephes. 5589 $_6$ (s. IV ex.) alia multa.

-οισι(ν) : -οις.

	s. V	s. IV
Euboea	0:3	1:7
Cyclades	0:5	0:2
Asia	10:0	0:multa
summa:	10:8	1:multa

§ 4. *De stirpibus in -ι exeuntibus.*

1. Nomina in -ι desinentia in genetivo singularis terminationem -ος ad stirpem immutatam affigunt. Genetivi in -ιος exeuntes in titulis sexti saeculi soli leguntur, in quinti saeculi inscriptionibus persaepe [1]).

Quae formae vel IV saeculo diu servatae a genetivis Attico more in -εως formatis paulatim submoventur. Tamen viri docti genetivos in -εως desinentes, utpote non nisi in recentioribus titulis obvios, ad κοινήν revocant, formam autem πόλεως, quae in V saeculi inscriptione Chia 5653 legitur, meram censent Ionicam [2]).

Cyclades

πόλεως (πόλειως):
(s. IV): Amorg. IG XII, 7 n. 5 $_4$. 6 $_{10}$. Ce. IG XII, 5 n. 528 $_2$.
(s. III): Amorg. IG XII, 7 n. 15 $_{11}$. 22 $_{17}$. 25. Ten. IG XII, 5 n. 820 $_{20}$. 822 $_{13}$. 872 $_{3,\,55}$. 798 $_{15}$. Ce. IG XII, 5 n. 534 $_{10}$. 597 $_7$. Par. IG XII, 5 n. 292 $_3$.

Asia

πόλεως: Chi. 5653 a $_{1,\,8}$ b $_{12}$ (s. V). Myl. 5753 a $_7$ b $_9$ (a. 367/6). Mil. 5493 a $_8$ (s. IV pr.). Zel. 5533 a $_2$ (c. 334). Olb. 5547 $_{15}$ (s. IV). 5552 $_1$ (s. IV). Erythr. Wilam. n. 11 $_{26}$ (s. IV pr.).
πρυτάνεως Chi. Zol. n. 1 (s. IV).

---

1) Exempla afferuntur a Smythio p. 389.

2) Smyth 391: »πόλεως is surely Ionic on the evidence of Chios 174 A $_{18}$ B $_{12}$ (= 5653), an inscription of the fifth century, free from all trace of Attic ingressions. All other forms upon inscriptions fall in a period, when Attic influence will account for their presence«. Cf. Thumb, Dial. 356; Buck 84.

(s. III/II): Amorg. IG XII, 7 n. 222 $_{9}$.
(s. II): Ten. 5492 pass. IG XII, 5 n. 821 $_{9}$. 830 $_{12, 27}$. 837 $_{18}$. 841 $_{21}$. Par. IG XII, 5 n. 128 $_{16}$.
